


16. a 8

19



1916
1917
1918

All. coll. de lafange B. 9748
Granada. B. 2


HERCVLI SEVEROLI
IVRISCONSULTI FAVENTINI, DE
REMISSIONIBVS LITIGATORVM
AD IOANNEM MARIAM DE
MONTE CARDINALEM
AMPLISSIMVM.



*Cum priuilegio Summi Pontificis
Venetorumq; Senatus.*



AMPLISSIMO VIRO IOANNI MARIAE DE MONTE S.R.E. EPISCOPO
CARDINALI HERCVL. SEVEROLVS
S. P. D.



VVM primum Romæ Pater Amplissime, forensibus actionibus me mancipassem, statim me cœpit admiratio iudiciorum illius urbis: siue.n. ordinem rerum tractandarum, siue proxim uniuersam inspiciebam, ita omnia ordine, et belle pertractari considerabam; ut nihil ijs iudicijs addi, minuiue, posse uiderem. Tunc primum fateor cognoui, q̄ toto aberrarent cœlo, qui sibi persuasum haberent, Romanam iudiciorum proxim, magis quotidiana exercitacione q̄ doctrina contineri: Quod uel ex eo unicuiq̄ patere potest, quod haud facile inuenire sit in tot litium anfractibus, formulam aliquam, quamuis uulgarem, non summo iudicio et doctrina compositam, quam nemo nisi

planè doctus, intelligere queat. Inde etiam mihi haud obscurum fuit, omnes, qui hactenus iudiciorum ordinem et normam pertractassent, mancos esse: nec ex eorum fontibus, quod si timentibus sufficeret, hauriri posse. Nam Speculator ipse, qui omnes alios hoc argumento longe antecedit, alia magis obscura reliquit, q̄ acceperit, alia uero et grauiora quidem, dum tenuia quæq̄ sectatur, sæpius omisit. Addo forensium usum a temporibus Speculatoris usq̄ ad nostra hæc tēpora multa adinuenisse, pleraq̄ etiam immutasse, quæ silentio prætereunda non essent. Quamobrem maximam hominibus utilitatem eum allaturum existimaui, qui totam hanc rem a capite (quod aiunt) pertractasset. Nam ne id ego facere sperarem, non tam rei magnitudo fecit q̄ negotiorum multitudo, quibus, in ipso fermè initio, ita obrui cœpi, ut sæpius ne respirandi quidem otium esset mihi. Ut tamen alios ad hoc tam utile opus inuitarem, aliquos eius argumenti tractatus scribere institui, Quorum primus mihi se se obtulit hic de Remissionibus litigato

rum a me ideo conscriptus, quoniam nullo in iudicio interfui, in quo non aliqua huius argumenti quæstio obuersaretur, sperans inde maximam gratiam ab omnibus, qui in iudicijs uersantur, me consecuturum, non tam quod latinis litteris rem hactenus obscuram illustrauerim (id enim ne cogitavi quidem) quàm quod rem dispersam, a nulloquæ, quod sciam, traditam primus collegerim: ut si non iudicij, saltem laboris, quo eos leuarim, mihi gratias agere debeant. Tibi autem ut hæc qualiacunquæ dicarem multæ me causæ impulerunt. Primum quod tu Tridentini Concilij amplissima legatione fungaris Sanctissimi Pauli Pontificis Maximi, cuius ego nutu et auspicijs hic Promotoris officium exerceo. Deinde quod ita prudentia doctrina et eloquentia polleas, et legalem hanc scientiam domus tuæ alumnam habeas, ita eam in celeberrimis Italiæ prouincijs præsendendo tractaueris, ut omnium qui ante te magistratus gesserint, gloriam obscuraueris. Taceo nunc quanta eloquentia, quantaquæ prudentia Auus tuus Antonius de Monte nunquæ

satis laudatus, hanc scientiam primo Pontificis Maximi assessor, deinde ob innumeras eius uirtutes Cardinalis factus tractauerit. Taceo etiam Petrum de Monte uirum illum insignem, et alios, qui ex tua illa fecundissima de Monte familia exiere. Accipies igitur hoc primitiarum mearum paruum munusculum pignus utiquæ meæ obseruantia erga amplitudinem tuam, quam opto diu Christi ecclesie superesse incolumem. Tridenti Pridie calendæ Ianuarij. M. D. XLVI.


CAPITA EORVM QVAE IN HOC
LIBELLO TRACTANTVR.

Quid sit Remissio, et unde dicta. Cap.	1 folio	2
A quo primum inuentus Remissionis usus, et qua de causa.	2 folio	4
Qui possint litigatores remittere, et non nihil de usu Romanæ curiæ super ea re.	3 folio	5
Quibus casibus Remissio fiat, et quod in crimi- nalibus causis non fiat.	4 folio	8
In ciuilibus causis Remissionem fieri, si calum- niæ causa non petatur.	5 folio	12
Quod sæpius non remittantur litigatores.	6 folio	13
Remissio non fit, si causa semel cognita fuit, in loco, ubi quis se remitti petit.	7 folio	17
Ad probandum exceptiones dilatorias denega- tur Remissio, secus ad peremptorias.	8 folio	18
Remissio fit ubicūq; litigatoris ualde interest.	9 folio	21
Ad probandum ea, quæ scriptura constant, non fit Remissio.	10 folio	22
Ad id probandū, quod lite pendente innouatū est an Remissio fiat, et qd in cā possessionis.	11 folio	25
Petēte eo, q procurator non ē, nō fit Remis.	12 folio	26

Lite non contestata non fit Remissio.	13 folio	27
Nec post æditionem intentionis.	14 folio	28
Quod Remissio non fiat si petatur post attesta- tionum æditionem.	15 folio	30
Nec postq; probationibus renunciatum fuit.	16 folio	31
Vbi de sacerdotio agitur, non fit Remissio, nisi in tertia instantia, et quæ huius rei sit cā.	17 folio	32
An litigatores remittere, uel remittendos nega- re sit liberum iudicanti.	18 folio	36
In eadem prouincia an concedenda sit Remissio, et quantum consuetudini tribuendum.	19 folio	37
Ad quos iudices litigatores reijciendi sint.	20 folio	39
De offi. et potest. iudicis, q litigatores remittit.	21 folio	42
Quod a decreto Remissionis non sit Romæ pro- uocatio, & an Remissioni renunciari possit postq; decreta est.	22 folio	44
Quemadmodum iudex scribat ei, ad quem litiga- tores remittit.	23 folio	45
De tempore, quod litigatoribus statuitur, ad Re- missionis executionem.	24 folio	48
De prorogatiōe diei in Remis. assignati.	25 folio	50
An iudex, qui remittit, iubeat ei, ad quem litigato- res reijcit.	26 folio	52

<i>Pendēte dilatiōe litigatorib. data nil inuari.</i>	27 folio 53
<i>Ad quem locum litigatores reijciendi sint.</i>	28 folio 55
<i>Quis Remissionis impensā subire debeat.</i>	29 folio 56
<i>Decreta Remissione, si feriæ superuenerint, poterit locus et iudex dari.</i>	30 folio 57
<i>De off. et potest. eius, ad quē litigatores reijciuntur et qualiter litigatores corā eo ius uocētur.</i>	31 folio 58
<i>Iudex Remissionis an dare iudicem possit.</i>	32 folio 62
<i>Quibus diebus corā iudice Remissionis procedendum sit.</i>	33 folio 65
<i>An is ad quem litigatores reijciuntur, iurisdictionem & imperium tam in litigatores q̄ in testes exercere possit.</i>	34 folio 66
<i>An confessio facta coram iudice Remissionis probet, ut in iudicio legitimo facta.</i>	35 folio 71
<i>Cui mādatum est ut testes in cā principali recipiat an possit testes sup̄ refutatione recipere.</i>	36 folio 72
<i>Testes iurati intra certā diem iudici præfinitam an elapsa die interrogari possint, et quod pendente compromisso tempus nō currat.</i>	37 folio 74
<i>Qua factururus sit iudex Remiss. factis probationibus, et quid si nihil gestum sit.</i>	38 folio 75

DE REMISSIONIBVS LITIGATORVM
PRO HOEMIVM.



*V*M multæ res in foren-
si usu, & iudiciali, ne-
quaq̄ satis adhuc expli-
catae sunt, tum perdiffici-
lis et minime contemnen-
da Quæstio est de Remis-
sionibus litigatorum: Quæ ad cognitionem pul-
cherrima est, & ad iudiciorum usum ualde ne-
cessaria: De qua cum multa quidem a nostris le-
gum interpretibus tradita esse cognouissem; de-
siderari multa animaduerti: quæ uel maxime
ex hoc forense usu essent accipienda, atq̄ ijs præ-
cipue tradenda, qui rudes rerum iudicialium,
ad hanc urbem causas adhuri ueniunt. Quamq̄
et illis quoq̄ non iniucunda fore existimo, qui
in alijs urbibus foro et causis sese tradiderunt.
Cum enim, ut iam usu didicimus, nulla ferè sit
causa, in qua de re uel mediccri quidem aga-
tur, quæ non aliquando uel appellatione,

(quod plerunq; fit) uel Principis rescripto, aut sua ipsius natura procul a loco pertractanda sit, unde ab initio et nata, et agi coepta est: necesse est ut probatio earum rerum, quæ in controuersiam uenerunt, desideretur per testes eius loci, unde quæstionis origo fuit. quos quoniam a suis ciuitatibus temere euocari non oportet, et nimio id litigatorum dispendio fieret, ad Remissionem deuenitur: Que an concedenda sit, quæue in ea iudicum, et litigatorum sint partes: quoniam sæpe in cōtrouersiam uenire solet: Propterea opere precium facturi uidemur, si de his aliquanto plenius, et accuratius q; cæteri non nulla perscripserimus.

Quid sit remissio et unde dicta Cap. I

Placet igitur, quoniam disputatio omnis de Remissionibus futura est, ante definire quid sit Remissio. quæ duorum est generum, unum, quod pertinet ad omnes quibus ius uel actio cōpetit, alterum quod ad iudices tantum. Superioris ge-

neris exempla sunt. Nuntiaui tibi ne in fundo, qui mihi seruitutem debebat, ædificares. mox si mutata uoluntate nuntiationem remisit, licebit a tibi impunè ædificare, a cui non dissimilis est actionis, aut pignoris, aut alterius iuris ei facta Remissio: qui nobis obligatus est. b Alterius generis alia est diuisio, nam aut totius causæ fit Remissio, ueluti cum magistratus eum, qui in sua prouincia degit, comprehendi iubet, ac ad illum remittit, in cuius prouincia deliquit. c aut fit ut res quæ in iudicio deducta est, facilius comprobari possit mox coram priore iudice reditura. d hanc quando de ea noster institutus est sermo definire possumus. esse facultatem comprobandi extra locum iudicij rem in iudicium deductam a iudice litigatoribus concessam. Quæ nomen hoc Remissionis inuenit, recens quidem, sed ad hanc, de qua agitur, rem explicandam satis accomodatum: quoniam plerunq; litigatores eò ad probandum remitti solent, unde ab initio euocati fuerunt.

l. 1. ff. de Remiss.

b. l. queritur. §. si ueditor. ff. de edili. edic. et. tit. de remis. pig. C.

c. auth. ut nulli iud § si quis uero comprehensorum c. i. de rapto et c. postulasti et q tibi doct. de foro com. spec. titu. de remis.

.l. iudices in fi. C. de fi. instr.

A quo primum inuentus Remissionis usus &
qua de causa. Cap. II.

Ante Iustinianum Imperatorem Remissiones
in usu non erant: ^a quoniam Iudices, ad quos
prouocatione, uel aliter, transferebantur causæ
si mediocritas negotij, aut longinquitas regio-
nis, uenire ad se litigatores, non facile pateret-
tur, illas in prouincijs delegabant. ^b nisi signa
in testamentis per eos, qui signassent, essent cog-
noscentia; quæ ad ipsos signatores mittebantur
inspicienda: ^c sed et si qui cogebantur a iure,
ut cauerent, ueluti tutor & curator, pupillo
rem saluam fore; et is, cui ususfructus datus est,
de restituenda domino proprietate, si in loco iu-
dicij non poterant, remittebantur in municipia
eorum, ut ibi cauerent. ^d Quod autem apud Ca-
lixtratum legitur ex rescripto diuorum fratrum,
in hæc uerba uidelicet, ^e Quod ad testes euocan-
dos pertinet iudicantis diligentia esse explora-
re; Quæ consuetudo in ea prouincia, in qua ius-
dicat fuerit, id non ad litigatorum sed ad totius

^a l. eos §. i. C.
de appella.

^b l. cum post
C. de appell.

^c l. sed & si
quis ff. quæ
ad testa. ape.

^d l. de die § tu-
tor ff. qui sa-
tis cog.

^e l. 3. §. si ff.
de testi.

causæ Remissionem pertinet: ut scilicet si con-
suetudo non patiatur testes euocari, causa re-
mittatur terminanda penitus in loco, ubi testium
copia habetur: ^a si uero consuetudine testes euo-
centur, nequa quæ. Omnium igitur primus ipse
Iustinianus Iudicibus huius urbis concessit, ut
liceret eis litigatores extra urbem ad compro-
bandam causam suam mittere: Deinde assiduis
is prouincialium precibus commotus, etiam il-
lis concessit, ut si qui in prouincijs litigarent, te-
stes autem in hac urbe uel in prouincia habe-
rent, liceret eis ex prouincia in prouinciam,
uel in hæc urbem, causam suam testibus compro-
bare ^b permissione tamen Iudicis. ^c

Qui possint litigatores remittere, et non nihil
de usu Romanæ Curie super ea re.

Cap. III.

Iudices autem intelligemus omnes, qui causæ cog-
nitionem habent: siue ordinarij sint, siue ab
ordinario uel a Principe delegati: ^d sed et si
partium consensu, iurisdictionem habuerint,

B iii

^a d. l. cū post
de appella.

^b s et quoniam
als est §. por-
ro in auct.
de testi. l. iu-
dices C. de
fi. instr.

^c d. l. iudices
in fi.

^d d. l. iudices c.
significa. de
off. or. c. cō-
stitutus in fi.
et ibi Abb.
de fideiuss.

Remissionem concedent: nec refert, an ab ijs iurisdictionem habuerint, qui sua uoluntate ad compromissum descenderunt, an ab ijs: qui lege municipij compromissum facere coguntur. quoniam iudicis appellatio, omnes comprehendit, ^a idq; etiam in arbitris Angelus probat. ^b Sed an delegatus ab eo, qui delegatam a Principe iurisdictionem habet, Remissionem concedere possit, quaeritur; et constat, eum quoq; iudicum appellatione comprehendi, et rationi legis congruit: quae ideo lata uidetur, ut minore litigantium impendio, maior probationum copia haberetur. ^c Haec quanuis, ut praediximus locum habeant in omnibus iudicibus; Pontificij tamen auditores, siue quia eorum iurisdictione angusta et tenuis esse traditur, ^d siue ob reuerentiam, quam Principi nunquam ferè absenti habuere; siue magis constitutione quadam commoti (Canonicellæricæ regulam uocât) qua Remissionum huiusmodi expeditio prohibetur nisi signo Plumbeo Pontificis signatæ sint, semper a Remissionibus concedendis abstinere; nisi partium con-

^a c. a iudicibus
2. q. VI.

^b d. s. & quomodo in auth. de testi.

^c spe. ti. de iu. deleg. s. cū nūc. uer. sed secundū premissa.

^d Vital in cle. saepe. s. uerū quia. de uerb. sig.

sensu peteretur, uel rescripto speciali id eis mādātum esset, ^a idq; ab eis obseruatum est; etiam postq; Innocentij octauij rescripto potestatem Remissionum concedendarum habuere. Quam obrem cæteri in hac urbe iudices delegati ad horum merito normam, iudicia exercentes, remittere litigatores non solent, nisi id eis a Principe specialiter mandatum sit. Quod usq; adeo moribus comprobatum est, ut si aliter decreuerint, probationes eius Remissionis auctoritate receptæ pro nihilo habeantur: nec concedatur postea rescriptum; quod ijs robur adijciat, nec quod iudex delegatus, qui Remissionem concessit, potuerit uti constitutione Innocentij, nisi proponatur, testes testimoniū protulisse, interrogatos super interrogationibus a diuersa parte iudici porrectis: quoniam tunc facile rescripto concedi solet, ut iudex ijs arbitrio suo fidem adhibeat: quoniam nihil litigatoris interesse uideatur: cum utiq; credendum sit, eosdem testes ^b idem dicturos, si iterum producerentur. ^b

Rot. decis.
10. de fid.
instr. fuit dubitatum in no.
& 776. de remiss. scien-
dum in anti.
Egid. decis.
657. &
738.

Bellem dec.
522. de testi.

Quibus casibus Remissio fiat, et quod in criminalibus causis non fiat. Cap. IIII.

Explicauimus quibus permissum sit Remissionem concedere; nunc quibus casibus, illam concedi oporteat, dispiciamus. et generaliter traditum est, in causis, quæ ex crimine constant, ubi de maximis rebus uersatur periculum, non concedi Remissionem debere, sed omnino necesse esse testes prodire in conspectum iudicis, cui plurimum in excutienda ueritate uox ipsa et cognitionis subtilis diligentia affert; nam ex sermone et ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione, quid diceret, uel qua existimatione quisque in sua ciuitate est quædam ad illuminandam ueritatem excogitabit, ^a et si quo casu forte res exigere uidebitur, testes tormentis subijciet. ^b adeoque firmum et stabile habetur in criminalibus Remissionem non fieri, ut id contraria consuetudine tolli non posse Felynus tradiderit. ^c Testes autem ita demum ad se euocabit iudex si non morbo, uel sexu, aut alia legitima causa

^a l. de minore §. tormenta. ff. de quaestio.

^b auth. de test. §. et quonia. auth. apud eloquentis. C. de si. instr. cle. i. de off. deleg.

^c fely. c. cum causam col. r. 2. de testi. post glo. in c. testes 3. q. ix.

excusentur, aut impediuntur: quibus casibus conuenit eum ad testes accedere. ^a nisi dignitate officij id facere prohibeatur. Pone legato Pontificio, aut Præsidi prouinciæ, uel amplissimo magistratui, causam criminalem commissam esse, in qua mulieres honestissimæ, aut ægroti corpore testimonium dicturi sint, non enim hos ad testes accedere, neque illos euocari conuenit, aut illorum testimonium negligi; committenda igitur hoc casu alteri testium receptio erit: ^b Quod diximus ubi de crimine agitur, non concedi Remissionem, intelligendum erit, in ijs casibus, in quibus probato crimine condemnatio sequi debet: ueluti cum de crimine principaliter agitur. Cæterum si in exceptione, uel ciuilitate de crimine cognoscatur, Remissio concedetur: quoniam in his probatione criminis facta condemnatio non sequitur. ^c Quamobrem traditum est, ad probandum primum matrimonium, per eum contractum, qui uiuente priore uxore alteram duxit, si de matrimonio posteriore dirimendo agatur, Remissionem concedi, ne diu-

^a c. mulieres et quæ ibi not. de iudi. in vi.

^b d. c. mulieres et quæ ibi not. de iud. in vi. Rot. decis. 222. de dilatio. in no. Fely. d. c. cum causam de testi.

^c c. cū dilecti. in fi. de ordi. cogni. c. tuæ et quod ibi not. de proc. Rot. decis. 30. circa mediu de dilatio. siuit dubitari in no. Fely. d. c. cū cam de testi.

a Lopus all. 46
de test. Archi.
cle 1 de off. de
le. col. 3.
b arg. tex. in d. 5
et qm̄ in fi. in
auth. de testi
Pau. de cas. d.
l. iudices pri.
col. de fi. instr.
c d. auth. apud
eloquentiss.
d lāfran c. qm̄
cōtra uer. testi
ū depositiones
de testi. Bald.
auth. apud elo
quētis. de fid. in
stru. et c. si qui
testiū de testi.
Fely. d. c. cum
cām tit. eod.
e Ang. in d. 5. et
qm̄ in auth. d.
test. Barb. c. 3
de fideius. Sali.
d. auth. apud

IO HERCVLIS SEVEROLI
tius coniuges in peccato permaneant. **a** Sed et si
de leui crimine agatur principaliter quod modi
ca poena pecuniaria puniri debeat, cōcedetur. **b**
Quod diximus debere iudicē ad se testes euoca =
re, locum habet si testes fuerint eiusdem prouin
ciæ, in qua ius dicitur, idemq; si alterius, si tamē
ei parere teneatur quoniam lex generaliter in
criminibus euocari testes iubet. **c** Quid erit si
testes erūt alterius iurisdictionis, nec uenire ue
lint ad dicendum testimonium? et Remissionem
hoc casu concedendam esse, pleriq; tradiderunt.
d quoniam ut inquit Baldus, non tam officium
committi uidetur q̄; exigi: Alij contra; **e** Cum
n. hic casus a regula exceptus non sit, compres
hensum uideri dicunt. Ego multum interesse ar
bitror an uni imperio testes et iudices subsint,
an diuersis: ut priore casu non cōmittatur. quo
niam si aliter euocari non possint, facile sit im
plorare a Principe, ut cogat testes, ad uenien
dum coram iudice quæstionis, testimoniū dicitur
ros, posteriore uero casu committatur: quoniam
melius sit, et utilius per alium testes recipi, q̄;

DE REMISSIONIBVS **II**
omnino testimonio illorum testium carere: ut
superius traditum est: **a** idq; cum alias, tum cō
tra Archiepiscopum Melphitanum Romæ ob =
seruatum animarduerti, cum testimonium eo =
rum desideraretur: qui Pontifici non subessent. **b**
quod locum obtinet, nisi iudex uehementer de
testium fide dubitauerit, quoniam tūc etiam in
ciuilibus causis remitti litigatores non debent.
b Hæc in iudicibus obtinēt: Cæterum Princeps
in omnibus casibus Remissionem concedere po
test: **c** et ne dum Princeps ipse concedit, sed et
alteri potestatem concedendi delegare potest:
ut scio magistratibus prouinciarum sæpius Pō
tifices concessisse. Addit Felynus **d** inquisito =
rem quoq; hæresis, Remissionem ad probādum
quemq; hæreticum esse, concedere posse, **e** argu
mento cuiusdam constitutionis, Clementis quar
ti Pontificis, cuius opinio mihi nullo modo pro =
batur, quoniā constitutio ipsa illi, ualide aduer
satur, dum in probatione huius criminis maio =
rem requirit diligentiam et solemnitatem, quā
in cæteris criminibus desideraretur. **f**

eloqētis. Abb.
c. cōstitutus d̄
fideius et d. c.
cum causā.
a arg. d. c. mu
lieres de iud.
b c. cum olim
elpri. et ibi
Ab. i. 4. not.
de priuile.
c l. 3. §. item
diuus ff. de
questio spec.
tit. de testi. §.
nūc tractan.
post prin. Fe
ly. d. c. cum
cām uer. 4.
fallit. de test.
d d. c. cū causā
e c. ut officium
§. uerum de
heret. in vi.
f arg. d. §. et
qm̄ in auth.
de test. in fi.

In Ciuilibus causis Remissionem fieri, si calumnie causa non petatur. Cap. V.

^a Auth. de tez
sti. §. et quoz
niam et d. l.
iudices et l. a
precedente.
C. de dilatio.

^b l. de die §. in
betur ff. qui
fat. da. cog.
& ibi Ang.
Castrensis d.
l. de die §. tu
tor et d. l. in
dices C. de fi
d. instru.

^c auth. de his
qui ingre. ad
appel. §. si.
auth. hoc sa-
cramentū C.
de iure iur.
pp. cal.

^d arg. c. 2. de
iur. cal. in
vi.

In pecuniarijs uero et ciuilibus causis Remissio concedi solet, dummodo per malitiam & calumnia non sit petita, idq; causa cognita, ^a et recepto iuramento calumnie, ne quis uexandi magis aduersarij causa, forsitan cum in loco iudicij posset probare, aut sciat quod dicit se probare non posse, in alium locum euocet: iurare. n. debet qui remittitur, se in loco iudicij probare non posse, et ibi posse, quo postulat remitti, idq; se non calumnie causa facere. ^b Hodie tamen iuramentum huiusmodi non præstat, cum sæpius in causa iurare de calumnia litigatores non cogantur: ^c Verum si iudex hoc arbitratu fuerit, loco iuramenti de calumnia, iuramentum malitiæ ab eo, qui remittitur, exigere poterit. ^d Auditores tamen Pontificij iuramentum huiusmodi recipere non consueuerunt, sed non antea Remissiones concedunt, q̄ testimonijs uel

alio modo constet calumniam abesse, ^a Tunc igitur Remissio deneganda est, cum per malitiam et calumniam petita est: ^b per malitiam autem et calumniam Remissionem petitam dicemus: si ad id probandum petita sit, quod probatum non releuat. ^c Animaduertat igitur in primis Iudex, an Probato eo, quod is, qui remittitur probare intendit, uictoria sequi debeat, an non: et si uicturus est, concedat; alioquin, deneget. Quamobrem olim in rescriptis, quibus iudicibus huius Urbis cōcedebatur remittendi potestas, addebatur clausula. QVATENVVS ID QVOD PROBARI CONTENDITVR PROBANTVM RELEVET, nec rescriptū huiusmodi concedebatur ante editionē intētionis, ex qua perspicui facile poterat; an id, quod probari contendebatur, sufficere posset ad uictoriā, nisi de partium consensu peteretur. Hodie tamen absq; distinctione rescripta huiusmodi concedi solent, relicta remittēdi potestate arbitrio Iudicis.

Quod sæpius non remittantur Litigatores.

Cap. VI.

^a Pau. de off. et
potest. cap.
sed. uacat.
x. q. pri.
par. uers.
& aduerte
quod audito
res. et quæ
Inno. c. post
electionem
de cōces. pre
ben.

^b Roma Cons.
273 in fi.
Fely. c. de ce
tero. nu. 15
de re iud.

^c Roma Cons.
356 incipi
piete, si quis
beneficium.

^a Ang. castré. et Alex. in l. de die s. iur. ff. qui sat. da. cog.
^b Rot. de. 559 nota quod remissio de proba. in an. tiq. Zabarel. cle. saepe uer. et quia q. x. de verb. sig. oldr. cō. 311. circa prin.
^c Bellem cons. 36. inci. a. tōri et reo.
^d Rot. de. 215. si in pri. de test. in no.
^e l. 2. s. si quis iniudit. ff. si quis cau. Bellem. decis. 427 i. cau. d. dila.

Per calumniam quoq; Remissionem petitam dicemus, si ab eo petita sit, qui cum in loco iudicij posset probare, id facere neglexit. ^a idemq; si ab eo petita sit, cui semel aliquando concessa fuit, siue is actor, siue reus fuerit; ^b idq; usu Romæ obseruatum est, ut citius lites finem accipiant. ^c quod obtinet etiam, si petita fuerit ad probandos nouos articulos. ^d (utamur iam ut arbitror licet, hoc articulorum nomine, pro intentione membratim diuisa, quam iudici probare contendimus, quando frequenti usu ita receptum est, nec ualde a re ipsa abhorret) : quod diximus eum qui semel remissus est iterum non remitti, id ita accipiendum est, si non morbo uel alia iusta causa impeditus fuerit, Remissione utitur. ^e Idem erit si probauerit Iudicem Remissionis metu uel ualetudine noluisse, aut nequiuisse Remissioni interesse : idemque si iudicis culpa acciderit testes non rite receptos esse : ueluti si is testium receptionem mandauerit ei cui mandari non poterat ; uel si parte non uocata, ad testium receptionem processerit.

Idē dicemus si iudex omiserit interrogare testes super interrogationibus sibi a litigatore datis, nam cū hoc casu etiam post Publicationē, testes recipi et interrogari possint, ^a et nihil producenti imputari possit, iterū concedendam dixerim. Hæc uera arbitror, siue dolo, siue negligentia, uel etiam imperitia iudicis acciderit: quāq; aduersus iudicem, qui dolum comisit ad id, quod sua interest, litigator agere possit. ^b Quid erit, si concessa Remissione pars prohibeat se in ius coram iudice Remissionis uocari, et testes interrogati dixerint contra producentem, an si is iterum se remitti postulet, audiendus sit? respondendi, non esse audiendum, si ideo se remitti postulet, ut eosdem testes iterum producat propter præsumptam calumniā: credendum. n. est eosdem testes proprio dicto non aduersaturos: ^c Cæterū si pro aliis testibus Remissio petita fuerit, audiri poterit quoniā nō facile quis a probationibus repellendus est propter præsumptā calumniā. ^d Quid erit si Remissione utriq; litigatori concessa, aliter eorū rescriptum Remissionis

^f Bellem deci. 925. habui de probat.
^a Philip. fran. cap. presen. tiū de testi. in vi. col. 2.
^b l. si quādo in fi. C. de testi.
^c Bellem decis. 522. conclusio quod si par de testi. Fely. c. 1. in fi. de appel.
^d c. licet causam de probat. Bellem. decis. 626. si huiusmodi in fi. de probat.

impugnare nixus succubuerit? audietur ne, si iterum se remitti petat? et traditum si non au-
 diri. ^a Iuris tamen Pontificij clementia, quicquid in causa fuerit, ne quis Remissionē prosequere-
 tur; etiam si id propria negligentia acciderit, e-
 eadem permissione iudicis in alia instantia pro-
 sequi poterit, maxime ubi de sacerdotio lis erit.

^a Fasto. decis.
 9. dub. 28.

^b Et generaliter dicendum erit, ut ubicunq; cas-
 lumniæ suspicio cessat, etiam sæpius Remissio
 concedatur. Pone Meuium remissum intentio-
 nem suam probasse, mox Gaium aduersarium
 ad exceptionem peremptoriam probandam,
 Remissionem impetrasse, si eo quoq; tempore
 Meuius se remitti postulet, non iniuste id desi-
 derari credetur, idq; Romæ ratione optima ob-
 seruatum est, nam cum ideo secunda Remissio
 denegetur, ne iudicia protelentur, et pendente
 alterius Remissione, in causa procedi nõ possit,

^b Rot. decis.
 302. de po-
 si. et art. si
 in prima. in
 no. Fely. c. i.
 de appel. Bel-
 lem. cons.
 36. aõtori
 et reo.

^c iniquum quodammodo uideretur denegare in-
 terim alteri parti facultatem probandi. Adde
 quod dilationes debēt esse utriq; parti cõmunes,

^c significan-
 te. de appel.
^d l. petente C.
 de in integr.
 resti.

^d quod & alibi dicitur, Sed & si Remissione
 ueriq;

utriq; parti concessa & executata, publicatisq;
 etiam attestationibus pars altera dixerit testes
 alterius partis corruptos falsū dixisse, et ad id
 probandum se remitti petat, audietur: ^a quoni-
 am exceptio huiusmodi peremptoria est, et in
 omni litis parte opponi potest. Hæc obtinent,
 cum is, qui semel remissus est, iterum se in eaz-
 dem causa remitti postulat. Cæterum si diuersæ
 sint causæ non denegabitur, ueluti cum quis iu-
 dicio possessorio prius contendit, si deinde su-
 per proprietate litiget uel è contra, non dene-
 gabitur ei Remissio, quamuis priore iudicio re-
 missus fuerit, quoniam nihil commune habet
 proprietas cum possessione: ^b idem dicemus in
 causa restitutionis in integrum, ut Remissio con-
 cedatur; etiam si priore iudicio Remissio fa-
 cta et attestations publicatæ fuissent. ^c

^a c. licet causã
 in prin. de
 proba.

^b l. naturaliter
 .§. nihil cõe-
 ff. d. acq. pos.
 Rot. decis.
 437. d. test.
 fuit dubitan-
 dum. in no.

Remissio non fit si causa semel cognita fuit,
 in loco ubi quis se remitti petit.

Cap. VII.

^c arg. l. petẽ-
 de et quæ ibi
 doct. C. de in
 integ. resti.
 Rot. decis.
 140. d. test.
 in antiq.

C

Eadem, qua supra diximus ratione: ne scilicet iudicia protelentur usu Romæ comprobatum est, non concedi Remissionem, ubi cun'que siue in prima, siue in alia instantia causa cognita fuit, in loco ad quem reiectio postulatur: imputet enim sibi qui cum aliquando probare posset id facere neglexit; nam et alibi traditum est, non esse deferendum iuramentum in supplementum probationis ei, qui cum potuisset plene probare, semiplene dumtaxat probauit: ^a quod locum habere uidetur in eo, qui curauit, ut causa Romæ cognosceretur: quoniam ibi necessitatem probandi sibi uidetur imposuisse, ubi causam cognosci curauit. ^b sed et si proponeretur, testes, quorum testimonium desideratur, ualitudinarios esse, uel ætate confectos, etiam superiore casu Remissio concederetur: idque a pontificijs auditoribus obseruatur. ^c

Ad probandum exceptiones dilatorias, denegatur Remissio, secus ad peremptorias

Cap. VIII.

^a Cas. repeti. l. admonendi. num. 25. uers. 35. quero.

^b l. i. C. de dilatio. l. si fideiussor. §. i. ff. q. sat. da. cog. et. 3. q. 3. §. spatium

^c Io: monac. in c. cupientes num. 57. de ele.

Per calumniam quoque petita Remissio dicetur, si ad exceptiones dilatorias, uel alia que in causis incidunt, uel emergunt, petita sit. Quamobrem non concedetur. ^a idque Romæ obseruatur ne alioquin nullus ibi sit litium finis. Contra uero si peremptoriae sint exceptiones, concedetur. ^b Et ideo si petita fuerit, ad testium refutationem faciendam concedetur, ^c quoniam exceptio huiusmodi peremptoria est: ^d idque siue testes quorum testimonium refelli contenditur, eo loco testimonium dixerint, ubi Remissio petitur, siue in loco ubi tunc causa cognoscitur. ^e quoniam non debet eius diligentia qui testes Romæ produxit, nocere ei, qui in prouincia probare mauult, ^f idque crebrius receptum est: ^g sed ita demum cum exceptio peremptoria probanda erit, Remissio concedetur, si proposita exceptio de iure illius qui eam opponit, descendet: aut cum exceptione probata ius excipientis apparebit: At cum nihil præterea de iure excipientis constaret denegaretur, ut audiui sæpius a iudicibus pontificijs obseruari. Has exceptiones illi mere obiectiuas ^g

^a spec. tit. de dila. §. i. col. 2. uer. illud quoque.

^b Rot. deci. 218. d. fid. instr. in no.

^c d. dec. 218 in fi. Pau. de off. & pot. Cap. x. q. pri. ptis uer. et aduerte.

^d c. licet causam de proba.

^e Vitalin. cle. sæpe. §. uerum quia nu. 16 de uerb. sig.

^f Ab. c. cum oli. el pri. nu. 4. de priuileg.

^g Franc. et alij cap. presenz

cium §. testes in princ. de test. in vi.

appellare solent, exempli causa: Dicebam sacerdotium ad me pertinere, et mihi legitime colatum ostenderam, tu cum possideres, nondum tamen quo titulo possideres ostendisses, opposuisti me occisorem esse, aut sacris mihi interdictum fuisse; petebasque ad has exceptiones probandas te in Prouincia remitti: respondi denegandam esse: non ita erit, si antequam ad has exceptiones confugeris, probasti sacerdotium huiusmodi tibi quoque delatum fuisse, quoniam hoc casu exceptione probata, me excluso, ad te pertinere sacerdotium, liquido constabit: et quod alibi traditur, Remissionem non concedi ei, qui dicit aduersario sacris interdictum esse, ^a id intelligendum est, cum in uim dilatoriae exceptionis proponitur; quoniam secus est cum peremptoriae, ut eleganter a speculatore traditum est, ^b idemque de alijs exceptionibus, quae mixtam naturam habent, dicendum erit, ut si peremptoriae proponantur, audiri litigatores possint, si ad eas comprobandas se remitti desiderent, si uero ut dilatoriae nequaquam.

^a Gemin. post. Arch. c. 1. col. si. de rescrip. in vi.

^b spec. tit. de dila §. 1. uer. nam cum de beat.

Remissio fit ubicunq; litigatoris ualde interest.

Cap. IX.

Ad probandam quoque appellationem ei Remissio concedetur, contra quem oppositum fuerit, post litem contestatam, appellatum non fuisse, nam et haec exceptio peremptoria est, tunc cum post litis contestationem opponitur: ^a quod intelligendum est ad probandum appellationem, a diffinitiuâ sententia uiua uoce interpositam: Caeterum si ab interlocutione appellatum fuerit, a qua uiua uoce appellari non potest, ^b uel etiam a diffinitiuâ post diem, quo prolata est sententia, ^c Remissio non concederetur: quoniam ubicunq; probatio per scripturam facienda est, Remissio denegatur, ut Felynus et Decius recte tradiderunt. ^d Itemque ad probandam sententiam nullam esse, si id peremptorie oppositum fuerit, Remissionem concedi traditum est. ^e et generaliter Remissioni erit locus ubicunq; litigatoris ualde intererit se remitti.

^a Io. and. Fely. et alij in c. 1 ad fi. de appella. spec. tit. de dilatio. §. 1. uers. unde si in curia

^b c. 1. de appella. in vi.

^c l. 2. ff. de appella.

^d c. 1. in fi. de appella. Rot. decis. 118. in no.

^e Arch. c. testes. 2. q. 7. in prin. Mil. in uerbo remissio. Io. and. Arch. et Gemin. c. 1. de rescrip. in VI.

^a Mil. in uerb. remissio in reperto. ^b l. 3. §. sin autem C. de iur. prop. ter cal. l. generaliter. §. his de presertibus C. de rebus credit.

^a Quamobrem concedetur Remissio, ut is, qui præsens non est, iurare possit tam de calumnia quàm si de tota lite iuretur: ^b Itemq; ad iurandum de ueritate dicenda super positionibus ab aduersario editis, ne alioquin inuitus ad locum iudicij uenire cogatur. ^c

Ad probandum ea, quæ scriptura constant, non fit Remissio. Cap. X.

^c c. presentium et ibi Anch. et Gem. in 1 col. de testi. in VI. ^d Rot. deci. 218. de fi. instr. in no. ^e Bellem. dec. 384. pro acceptatione de probat.

Ad probandum quoq; ea quæ scriptura uel instrumentis publicis constant, Remissio concedi non solet: quoniam hæc facile et paruo sumptu ad iudicem comportari possunt: ^d & ideo ad probandam sacerdotij acceptationem, uel provisionem, ei qui in intentione se retulit ad instrumenta publica super his confecta, Remissio denegabitur: ^e quinimo et si se non retulerit ad instrumenta, dummodo id, quod probari contenditur, ex sua natura scripturam requirat, denegabitur: Ecce, si quis actione iniuriarum conuentus responderit, se ut iudicem iniuriam

intulisse, non concedetur ei ad hoc probandum Remissio, quoniam gesta causæ, et seu inquisitio scribi debent: ^a Supradicta locum obtinent nisi eodem loco testes quoq; recipiendi essent: quoniam eo casu licebit ei, qui remittitur etiam instrumenta, coram iudice Remissionis offerre. ^b idq; siue ad causam testibus comprobadam Remissio concessa fuerit, siue ad testium refutationem faciendam: Quod absq; dubio procedit, quando data est potestas ei, ad quem litigatores reijciuntur: ut partium probationes, etiam per instrumenta recipiat: Idemq; si instrumentorum nulla mentio facta fuerit, quoniam testium appellatione & instrumenta comprehenduntur; idq; a Pontificijs auditoribus aliquando obseruatum fuit, ^c Quorum auctoritatem Philippus francus et Vitalinus secuti uidentur, ^d Sed eorum sententiam ut sequar, facile adduci non possum: Etenim quamuis instrumentorum appellatione testes comprehendantur, ^e non ita tamen testium appellatione instrumenta continentur: quamobrem si eo casu iudex Remissionis instru-

^a Bellem. dec. 496. cōclusio quod si monachus d̄ excep. et dec. 9. cōmissio gratiosa. de rescript.

^b Rot. decis. 248. quando cā de proba. in no. & mil. in uerbo Remissio.

^c Rot. decis. 248. in fi. de proba.

^d Franc. c. presentium. §. testes de testi. in vi. Vitali. c. sæpe. §. uerū quia n. 13. de uer. sign.

^e l. 1. ff. de fi. instr.

^a Arg. l. in exercendis C. Instrumentorum æditionem admiserit, mandati de fi. instru. fines excessisse uidebitur. Tunc igitur tantum eorum sententiam probo, cum nihil de testibus dictum est: ut scilicet ad intentionem probandam tunc omne genus probationis admittatur, cum nihil specialiter est expressum. ^a Quamuis autem ut prædiximus instrumentorum causa, Remissio non concedatur; alia tamen uia ei, qui instrumenta duntaxat æditurus est, concessitur, data scilicet dilatione ad eorum exhibitionem, ^b uel etiam concessa facultate, compellendi eos, penes quos instrumenta esse proponuntur. ^c Hanc compellendi facultatem uulgo compulsoriam uocant: quæ sæpissime concedi solet generaliter pro omnibus instrumentis ad causam facientibus, non nunquam etiam specialiter, sed hæc Remissionis penè uicem obtinet. (sed de his alias suo loco trademus) si tamen signa & subscriptiones instrumentorum æditorum negentur, pro eorum recognitione fiet Remissio. ^d

^b l. 2 C. de dil. l. iudices C. de fi. instr. c. statutum in fi. & quæ ibi not. de rescr. in VI.

^c Vital. cle. sepe. s. uerum quia nu. 14 de uerb. sig.

^d l. sed et si quis ff. quædam. mo. testa. ap. Bart. l. 1. §. si quis & l. cum ab initio ff. eo tit. Rot. decis. 218. de fi. instr. in no. Fely. et alij c. 1. in fi. de appel. & Mil. in uerbo Remissio.

Ad id probandum quod lite pendente innouatum est, An Remissio fiat, et quid in causa Possessionis. Cap. XI.

Vsu quoque obseruatum est, ut Remissio denegetur, si dicatur lite pendente innouatum esse (nostri causam hanc Attentatorum uocant) uerum Iudex ad id Romæ probandum dilationem dare solet: ^a Quod diximus denegari Remissionem, cum quæritur an innouatum sit, intelligendum est ad id probandum, quod lite pendente innouatum dicitur: ad excusandum autem eum, qui se nihil innouasse dicit, si se non calumnie causa id petere ostenderit, non denegabitur, ut Cassadorus refert. ^b Et quod diximus in eo qui conuenitur, tamquam lite pendente innouauerit, locum sibi uendicat etiam in iudicio possessorio: nam & ei qui possessorem se deiecisse negat, uel iure deiecisse defendit, Remissio concedetur. ^c Quin etiam & ei qui se a possessione deiectum dicit, concedetur, quamuis ei denegetur, qui ait lite

^a Rot. decis. 89 nota p. ubi. de appell. et deci. 220 not. seruat de atten. et remis. in antiq. et de cis. § 7. ut lite pendente in addi. in no.

^b Cassad. deci. 3. sub eisdem de dila.

^c Rot. decis. 439. si agenti possessorio in fi. de resti. spo. in no.

^a Cassad. d. decis. 3. de dila. pendente innouatum esse. ^a Cur tam uarie? cum tam is, qui alium ex possessione deiecit, quā qui lite pendente innouat, peccet: et pari fermē modo utraq; causa principalis causę iudicium retardet: An quod is, qui lite pendente innouat magis peccat, cum et iudicem et litigatorem spernat, et in maioribus delictis Remissio denegatur: qui uero quemq; possessione anteq; lis penderet, deiecit minus delinquat, cum aduersariū duntaxat offendat: et in minoribus delictis Remissionem concedi traditum sit, quod supra ostēdimus. An potius quod plerumq; Romę, malitia et protrahendę litis gratia, causa innouatorum proponi solet: causa uero possessionis non ita, quod Cassadorus refert. ^b Hęc de usu diximus, cęterum scimus non nunq; etiam ad probandum id, quod lite pendente innouatum est Remissionem concessam fuisse, ^c tunc scilicet cum cognitum est calumniam omnino abesse.

Petente eo, qui procurator non est, non fit Remissio. Cap. XXII.

^b Cassad. dec. 4. de dila.

^c Cassad. dec. 5. de sequestr. poss. & fruct.

Item non concedetur Remissio, nisi petita fuerit a principali uel Procuratore legitimo, sed & si procurator mandatum non ostenderit, admitti eum nihilominus, traditum est, data tamen ab eo cautione rem ratam dominum habiturum: ^a quod intelligendum arbitror parte non contra dicente, at si contradixerit non audiatur, ut puto, nisi is qui cautionem offert, propinquus fuerit, uel alius qui etiam sine mandato in causis pecuniarijs pro alio posset in iudicio petere aut respondere: ^b Nam in causis ubi de sacerdotio uel matrimonio agitur, nemo tametsi coniunctus sine mādato etiam data cautione admittitur, ut frequentius traditum est. ^c Sed si dubitaretur de mandato utroque casu admitteretur. ^d

Lite non contestata non fit Remissio.

Cap. XIII.

Rursus non concedetur Remissio ante litis contestationem, etiam ad testes ualetudinarios, uel

^a Rot. decis. 713. not. quod si aliquis de remissione in Antiq.

^b Pau. de cast. l. 1. C. de procur. et. ibi ceteri.

^c Rot. decis. 731. de procur. in antiq. et dec. 142 eo tit. in no.

^d c. coram & ibi glo. et Ab. de off. deleg.

^a c. qm̄ frequēter ut lite nō contest.

^b Rot. decis. 367. not. quol posito de remiss. in antiq. Pau. d. off. et potest. cap. x. q. prima ptis uer. et aduerte.

^c Rom. l. si uero §. de uiro fallē. §. 4. ff. sol. ma. Fezly. d. c. quoniam frequēter nu. 25. ut lite nō contest.

impeditos recipiendos: ad quos etiam lite non contestata mitti solet, ne illorum testimonium pereat. ^a id que ne iudicis potestas, anteq̄ per litis contestationem firmetur concessione Remissionis expiret. ^b ei enim qui testes huiusmodi recipi desiderat, consultum erit, si illos per loci ordinarium recipi faciat. ^c Hæc quæ de litis contestatione diximus, locum habent in ijs iudicijs, in quibus litis contestatio necessaria est. Cæterum ubi necessaria non est ueluti cum de matrimonio, uel sacerdotia agitur, in quibus litis contestatio non requiritur, ^d contra erit. Sed tunc non ante concedatur quàm per actum contestationi similem uel qui regulariter duntaxat post contestationem fieri potest, lis pro contestata habetur. ^e

Nec post æditionem intentionis.

Cap. XIII.

^d cle. sæpe de uerb. fig.

^e not. in d. cle. sæpe.

Præterea non erit decernenda Remissio, si petita fuerit post articulorum æditionem et admissionem per iudicem legitime factam. ^a nec postquam tantum tempus instantiæ effluxerit quod si concederetur, tempus quod ad illius expeditionem desideratur, excederet tempore præfixa instantiæ causæ, ^b nam cum potuerit præuidere ante sibi Remissionem necessariam fore, non inmerito negligentiam suam sibi imputabit. Petitam autem Remissionem dicemus, siue uerbo, siue scriptura petita sit, quamuis eo tempore decreta non fuerit. Adeo tamen Romæ mos tabellionum inualuit, ut nullibi articulorum admissionem inuenias absq̄ Remissionis petitione. legitime autem articulorum admissionem et æditionem factam dicimus, cum sit ad diem ad id a iudice litigatoribus præfinitam: Cæterum si non suo tempore fieret, ut Romæ passim obseruatur, per actum nullum nō esset quis a Remissione repellendus siue tamen eo quod non petierit, siue lapsu temporis.

^a Cassad. dec. 2 dubitatum etiam d. dila.

^b Inno. c. in casus in fi. de testi. Rom. cons. 226 i princip.

quis a Remissione excludatur, ei Romæ rescripto Pontificis passim succurri solet, et coram Pontificijs Auditoribus etiam per constitutionem Innocentij Octavi, cuius auctoritate et Remissiones concedi, et fatalia tempora prorogari posse illis indultum est.

Quod Remissio non fiat si petatur post attestationum editionem. Cap. XV.

^a Illud præterea in aperto est, post testimoniorum editionem Remissionem concedendam non esse siue ad id probandum petita fuerit, quod priores testes probare nequiverunt, siue ad id quod intentioni partis adversæ directo opponitur, ad cuius probationem ne testes quidem præsentis recipiuntur: ^a Quæ obtinent si publicatio et testium receptio solemniter facta fuit, alioquin et iterata productio, et Remissio concedenda erit, etiam si petita fuerit ad probandos articulos intentioni partis adversæ directo contrarios: ^b etiam postquam quis testificata cognoverit,

^a c. fraternitas de testi. cle. si. eo. tit. §. quia uero Auth. de testi. Rot. decis. 215. si in prim. de test. in no.

^b d. cle. si. & quæ ibi not. de testi. Alex. cons. 46. ad fi. vi. uol.

etiam siue publicatio facta fuerit petente eo qui se remitti postulat, siue eius aduersario, quoniam id quod ita factum est ut nullum sit pro non facto habetur. ^b sunt præterea alij casus, in quibus etiam facta testium publicatione, non repelluntur litigatores, a noua testium productione; et ideo illis casibus non facile a Remissione erunt excludendi, nisi uehemens fuerit calumniæ suspitio. Hos casus hic enumerare opere præcium esse non duxi, qui inuenire uolet is in speculatoris et utriusque Sozini commentarijs inueniet. ^c Hæc non eo pertinent ut sentiam omnibus ijs casibus Remissionem concedendam esse, in quibus iterata testium productio admitti debet; sed ut ostendam, non semper quemque a Remissione excludi debere, propter testium publicationem scimus enim dilationes sæpius denegari, ad id probandum, cuius probatio alioquin admitteretur, si in promptu esset.

Nec postquam probationibus renunciatum fuit,

Cap. XVI.

^a Pau. de cast. l. qui per salutem ff. de iureiur. & cons. 96. prim. uol.

^b c. nõ præstat de reg. iur. i. vi. Rot. dec. 391. si ad instantiam de testi. in no.

^c Spe: tit. de de teste. §. satis utiliter de testi. publi. Marian. c. fraternitatis de testi. soci. tract. fallen. num. 403. Nell. tract. de teste uer. publicat. Rot. decis. 42. & 140. de testi. in antiq.

Similiter quoque Remissio denegabitur, si petita sit, postquam probationibus renunciatum fuerit; id est, ut dicere solemus in causa conclusum: ^a nec rescripto Pontificis concedi solet, ut iudex renunciatione posthabita Remissionem decernat, quæ intelligenda sunt, nisi renunciatio et conclusio per iudicem tacite uel expresse reuocata fuerit. ^b

^a c. de testibus de test.

^b Rot. decis. 5 de testi. in no.

Vbi de sacerdotio agitur non fit Remissio nisi in tertia instantia, et quæ huius rei sit causa. Cap. XVII.

Item usu Romæ obseruatum est, Pontificios auditores in causis, ubi de sacerdotio agitur, Remissionem concedere non solere nisi in tertia instantia id est, si duæ præcesserint inter se congruentes sententiæ. In prima autem et secunda instantia ita demum concedi solet, si litigatores consentiant, uel etiam si is, qui se remitti desiderat, appellationi renūciauerit, hoc etiam addito ut si is possessor sit, patiatur fructus sacerdotij sequestro

sequestro poni, si uero non possideat, futuræ sequestrationi renunciaret; idque ratione obseruatum est, ut in his calumniæ suspitio penitus cesset: Quamuis autem ubi de sacerdotio agitur, Pontificij auditores non aliter quam ut supra diximus, Remissionem decernere consueuerint, habent tamen potestatem illam in quacumque instantia concedendi: ut constitutione quadam Innocentij Octauij cauetur. Causa autem sacerdotij, quod quidem ad hanc rem pertinet: intelligenda est, cum de sacerdotio ipso, uel eius possessione ambigitur: Cæterum si de pensione annua super fructibus sacerdotij constituta ageretur, uel de decimis, seu etiã de sacerdotio non tamen principaliter, sed ut alteri sacerdotio perpetuo annexo, eo casu in quacumque instantia concederetur Remissio; sed et si de matrimonio fuerit quæstio, quæ plerumque quæstioni de sacerdotio comparari solet, Remissio fiet; ^a idemque si de feudo uel emphyteosili fuerit. ^b Sed quæro qua ratione inualuit magis in his quam in alijs causis Remissionem dene-

^a Fely. post. Bal. c. 1. in fi. de test. cog. Lap. alleg. 46. de testi. Aret. cons. 82.

^b Aluar. c. 1. in fi. si inter Dominum et uassallum fuerit. et ibi per Alex.

D

gari? An ideo quod plerunq; probationes, quæ in causis huiusmodi desiderantur, apostolicis uel aliorum collatorum literis, aut etiam publicis documentis continentur? et ideo semper spes sit Romæ probari posse, donec eo deuentum sit, ut nisi Remissio concederetur, facultas probandi penitus interdiceretur, quod est in tertia instantia: An quod forsitan uerius est, quia dubitetur, ne hoc colore ij, qui in sacerdotio se intruserunt, diutius in possessione cum peccato permaneant, et propterea

^a Felv. c. 1. de olim, et meo tempore nonnunq; ei, qui non appell. Rot. possidebat, Remissio concessa fuit, tametsi neq; decis. 302. sequestro neq; appellationi renunciauerit, ^a de posit. et articul. si in quoniam in eo calumniæ suspitio cessare uide prim. in no. atur, non. n. facile credendum est eum, qui se sciat in sacerdotio nullum ius habere, maximo suo dispendio Remissionem petiturum: Plerunq; tamen utriq; litigatori pariter denegatur, ut celeriores lites huiusmodi finem accipiant, ^b fructusq; in sequestro ponantur, tandiu apud sequestrem permansuri;

^b Egid. cons. 36 circa fi.

donec finis causæ inueniatur: ^a hæc q; propter eorum fraudes, qui sacerdotijs retia quodammodo tendere consueuerunt, solent enim sacerdotia uiuentium, senio uel morbo confessorum impetrare, ut superueniente illorum morte, dum lis sub iudice pendet, quam dedita opera protrahunt, in sacerdotijs huiusmodi tamq; collitigantes subrogentur: possessori uero nunq; conceditur, nisi in tertia instantia; quoniam uerisimiliter creditur, nihil eum non facturum, quo diutius in possessione maneat, sperans se interim, uel morte aduersarij uel aliunde (quod sæpe euenit) meliora iura inuenturum, quæ in alijs causis euenire non facile possunt. Et quod diximus in causis, in quibus de sacerdotio agitur, in tertia instantia Remissionem concedi solere, non simpliciter accipiendum est; sed ita demum si is, qui se remitti postulat, Iudici ostenderit, se non calumniæ causa id petere: idque tum maxime desideratur, cum extra Italiam quis se remitti desiderat, quoniam tunc

^a cle. 1. de sequest. poss. et fruct.

et maiore sumptu et dilatione opus est: Prædem tamen in his casibus passim, et absq; causæ cognitione remittebantur litigatores: dummodo eo, quod probari contendebatur, probato, causa niteretur; quoniam rescripto Pontificis, iudicibus huius urbis mandabatur, ut litigatores omnino remitterent, quod quia plerunq; per calumniam implorabatur, ex usu recessit: nec amplius mandatur iudicibus, ut litigatores remittant, sed id eorum arbitrio relinquitur.

An litigatores remittere, uel remittendos negare sit liberum iudicanti:
Cap. XVIII.

^a Pau. de off. et potest. ca. x. q. pri. ptis Car. cle. 1. d. of. d. leg. Lap. alleg. 46. Deci. in c. 1. de appel. in fi. Illud etiam tractari solet, an iudices omnino litigatores remittere teneantur, si iusta de causa se remitti postulent. An potius res omnis eorum arbitrio semper statuenda sit, & quamuis a nonnullis traditum sit iudicibus necessitatem imponi, ^a in contrariam tamen

sententiam a pluribus itum est, ^a propter uerbum, Potest, in constitutione Iustiniani positum, ^b quod ad arbitriū et uoluntatem iudicis refertur non ad necessitatem. ^c idq; ego in ciuilibus et pecuniarijs causis probō: Cæterum in criminalibus contrariam sententiā ueriores esse existimo: quoniam in his nullum iudicibus arbitrium datum est a lege: sed magis prohibitum, ne litigatores remittant. ^d Quod diximus esse in manu et potestate iudicis remittere litigatores in causis ciuilibus, non eo spectat, ut omnino eorū arbitrio stare cogamur, sed ita demum, si quod æquum est statuerint, & propterea ei, qui iusta de causa se remitti postulat, si Remissio denegetur, et appellatione, et restitutione in integrum consultum est. ^e

In eadem prouincia an concedenda sit Remissio, et quantum consuetudini tribuendum. Cap. XIX.

D iii

^a Bal. Pau. de cast. d. l. iudices d. fi. inst. Anch. Arch. Dominicus et alij c. presentium de test. in VI.

^b d. l. iudices. s. & quoniam Auth. d. test.

^c l. sæpe d. off. præsid. l. non quicquid ff. de iud.

^d d. Aut. apud eloquentiss. s. et qm.

^e Arg. eorum quæ habentur per glo. in uerbo arbitrio. c. sup. his de appel. per Alex. l. 1. col. pen. de lega. 2.

Quod supra diximus, causa cognita, si calumnia suspitio absit, remittendos esse litigatores, accipiendum est, cum testes a Prouincia, in qua ius dicitur, absunt. Cæterum si in eadem pro

^a Abb. d. c. cum
cām Arg. l.
si quando C.
eod.

uincia sint, Remissioni non erit locus, cum eo casu sit facilis testium euocatio, ut a non nullis traditum est. ^a Ego scio in hac materia,

^b l. 3. §. si. ff.
de testi.

multum consuetudini tributum esse ^b qua, ut cætera præteream, induci etiam potest, ut testes alterius iurisdictioni subiecti euocari

^c Fely. c. 1. de
test. nō. cogē.

possint. ^c Plurimum uero iudicis arbitrio concessum, ut superius ostendi. Quamobrem

^d d. l. si quanz
doet ibi Pau.
de cast. C. de
test.

spectari in primis oportet loci et regionis consuetudinem: quæ si nulla fuerit, siue in eadem, siue in alia prouincia testes fuerint,

^e Pau. de cast.
d. l. iudices d.
fi. inst. Abb.
c. cum caus. m.
d. test. Arch.
c. presentium
nu. 17. eo
tit. in vi.

Remissioni locus esse poterit: nisi alia subsit causa propter quam Remissio facienda non sit, sive de regno uel maxima aliqua de re quæstionem esse, ^d uel in causa etiam non ualde magna iudicem habere testes suspectos: non enim his casibus remittere litigatores omnino debet, sed magis illos ad se euocabit;

^a nisi forte senes sint aut ualetudinarij. ^b Illud tamen dubitationem non habet posse iudices in causis ciuilibus quamuis magnis, litigatores remittere. ^c illud adde non debere iudicem temere ad se testes euocare et a suis negotijs distrahere. ^d

^a c. cum olim
ilpri. scdm. in
tellectū quem
ibi sequitur
Abb. nu. 4.
de priuileg.

^b Domin: &
Anch. d. c.
presentium i
prin.

^c Fely. cap.
1. de test. nō
cog.

^d l. si quis ex
signatoribus
ff. quemad.
test. ape. d. l.
3. §. si. de
testi. Paul.
de cast. d. l.
iudices.

Ad quos Iudices litigatores reijciendi sint.

Cap. XX.

Hactenus diximus quibus casibus Remissioni litigatorum sit locus, Nunc ad quos remitti eos oporteat inspiciamus: Illudque in primis tenendum est, ad eos præcipue litigatores remittendos esse, quos ipsorum litigatorum mutuus consensus elegerit: nec refert, an ij iudices fuerint, uel absque iurisdictione; quoniam satis partium consensu ijs tribuitur iurisdictione, quem admodum de arbitris dicere solemus; qui licet nullam habeant iurisdictionem, tamen si partium consensu, testes

D iiii

recipiunt, eorum dictis etiam iudicijs statur.^a
 Quamobrē Pontificij auditores, decreta Re=
 missione solent litigatores uocare, ut de eo in=
 ter se conueniant, apud quem remitti debe=
 ant, eiq; id muneris mandant, quisquis ille sit,
 de quo litigatores ipsi consenserint: uerum si
 inter litigatores discordia oriatur, nec de uno
 consentiāt, uterq; eorū alterū nominat, eisq;
 simul negotiū Remissionis a iudice mādatur:
 nam et pluribus hoc posse simul mādari in du=
 bium non uenit:^b etiam addita clausula, ut si
 non omnes interesse poterunt, alter ipsorum
 solus id nihilominus exequatur.^c cessante autē
 partium consensu, consueuerunt pontificij au=
 ditores remittere litigatores ad audientiam cō=
 tradictarum, ut ibi inter se se concordēt.^d Duz
 bitandum tamen non est, quin Pontificij audi=
 tores, cessante partium consensu, possint ali=
 quem, eorum arbitrio: eligere, ad quem litiga=
 tores reijciant: quod et ad cæteros iudices por=
 rigendum est, ut et ij, cessante partium consen=
 su, litigatores ad aliquem reijciant. Reijcient

^a l. fi. C. de fi.
instr. l. cum
antea i. C.
de arbi. Bar.
d. auth. apud
eloquentiff.
Angel. l. iuz
dices de fi.
instr. Alex.
cōs. 46. uol.
VI.

^b c. licet. cām
de probat.

^c spec. tit. de
de teste .s.
qualiter au=
tem.

^d Rot. decis.
663 scien=
dum p̄ quan=
do. de remis.
in antiq.

autem non ad priuatum, sed ad habentem or=
 dinariam iurisdictionem, ^a aut dignitate ec=
 clesiastica præditum: ^b sed an penes tabellio=
 nes talis sit iurisdictione, ut illis a iudicibus in=
 iungi hoc munus possit, quæritur? et recepti
 iuris est non posse, quoniam iurisdictione
 opus est: quæ etiam in inuitos reddi possit: ^c
 ijs autem iurisdictione non est, nisi inter eos qui
 se iurisdictioni eorum summiserit, ex quo iudi=
 ces chartularij appellati sunt.^d sed de tabellio=
 ne actuario probabilior est dubitatio, et ue=
 rius est hoc quoq; casu, ei committi non posse,
 quoniam et is iurisdictione caret, et non po=
 test, unus & idem, et tabellio, et iudex eiusdem
 causæ esse.^e Et quod alibi dicitur Notario cau=
 sæ mandari posse receptionem testium, si in=
 telligendum est, non uniuersorum, sed quorun=
 dam expresse nominatorum, idq; etiam ex
 causa propter iudicis, uel testium impedimen=
 tum. Quo mandato non iurisdictione, sed minis=
 terium ei duntaxat mandatur. & Hæc in pe=
 cuniarijs et ciuilibus causis locum obtinent,

^a d. auth. apud
eloquentiff.
s. et quoniam
Auth. d. test.
Alex. cons.
104. ad fi.
uol. 4.

^b c. statutū in
i prim. et quæ
ibi not. de rez=
scrip. in vi.

^c d. l. iudices et
Auth. apud
eloquentiff.

^d glo. i. l. fi. C.
ubi & apud
quæ et in l. i.
ff. de iudi.

^e c. qm̄. contra
et ibi Ab. de
proba. Fely.
c. cū cām eo

^f tit.
c. mulieres d̄
iudi. i vi. Ab.
d. c. cū cām i
fi. de prob.

^g l. ad p̄sonas

ff. de iure iur. Vitalin. cle. pri. de off. de leg. planè in criminalibus causis, in quibus Remissioni locum esse supra scripsimus, siue partium consensu, siue auctoritate iudicis, eligatur, is, ad quem litigatores remittuntur, debet esse iudex merum et mixtum imperium habens, uel aliquis dignitate ecclesiastica præditus. ^a

^a d. c. statutum d. rescrip. i. VI Felv. c. I. in fi. de testi. nõ cog. Aret. l. cum et iudices in fi. C. d. iuram. calu. glo. Aub. apud eloquẽ tiff. de fi. instrum.

De officio et Potestate Iudicis qui litigatores remittit. Cap. XXI.

Erunt Iudicis partes, qui pro Remissione a litigatoribus aditur, recte inspicere per calumniam ne, an ueritatis probandæ gratia, petita sit: eamq; propterea non nisi causa cognita secundum ea, quæ prædiximus decernere, nisi litigantium concordia interuenierit, ea etenim interueniente cum omni calumniæ suspitio cesset, etiam nulla præcedente cognitione, decerni poterit: siue tamẽ litigatores Remissioni consenserint, siue uno duntaxat petente decernenda esset, Romæ obseruatum

fuit, ut etiam, parte altera non uocata, per iudicem decerneretur, dummodo uocata fuisset ad dicendum contra articulos æditos, et uidentur illos admitti, ad probandum tam in Romana curia q; extra eã: quinimo facta articulorum admissione etiam absq; iudicis decreto, super Remissione rescriptum Remissionis per Pontificem concedebatur. ^a Verum hodie usu obseruatur ut uocentur partes non solum in supradictis casibus, sed etiam ad uidentur Remissionem decerni, et ad conueniendum de Iudice Remissionis, de loco, de tempore executionis illius, uidenturq; illam claudi, et subscrignari ac uiatori negotium dari, eiq; instrumentum Remissionis iudici portandum tradi: Quæ maximam habent æquitatem, ne aliquid parte absente fiat, q; & ignoranti nocere possit. Decernet itaq; Remissionem Iudex, si non calumniæ causa petitam cognouerit; alioquin si remittere recusauerit, et appellatione, et restitutione in integrum litigatoribus consulatur, secundum ea, quæ supra scripsimus.

^a Rot. decis. 10. de fi. instr. et decis. 93. iudex admittendo de articul. in no.

Quod a Decreto Remissionis Romæ non sit
prouocatio, et an Remissioni renun-
ciari possit, postq̄ decreta est.

Cap. XXII.

Quid erit, si eo casu, quo litigatores remitten-
di non essent, iudex nihilominus remittendos
esse decreuerit? Finge Remissionem petitam
et decretam ob eam causam, quod testes, quos
rum testimonium desiderabatur, ægroti esse
dicti sint, licebit ne eo casu parti aduersæ, ostē-
dere iudici, eam asseuerationem falsam esse?
& quamuis sæpius traditum sit prouocatio =
nem esse ab eo iudice, qui ea facit, quæ suæ po-
testati & uoluntati commissa sunt. ^a Ro-
mæ tamen usu obseruatur hoc casu id non li-
cere uidelicet ne ex litibus lites oriantur. ^b

Quamobrem partem ab huiusmodi Decreto
appellanti iudex non audiet, nec si audiret
rescriptum super ea appellatione a Pontifice
impetraretur, idq; diu obseruatum est in ciu-
libus causis. At in criminalibus scio nō nunq̄

^a Fely. c. de his
col. pen. de
accusat.

^b l. terminato
C. de fruēt.
et lit. expen.

appellationes receptas fuisse ita ut etiam cau-
sa ad alios iudices transferretur, quod tamen
perpetuum non est. Quid erit si postq̄ Remis-
sio decreta fuit, quæ utriq; parti est communis
^a is, quo petente, decreta fuit, Remissioni re-
nunciare uelit: et quantum ad suas probatio-
nes attinet, nulli dubium est posse, quantum ue-
ro attinet ad probationes aduersarij, cui per
Remissionis Decretum ius quæsitum fuit, non
poterit, ^b quod et Bartolo placere uidetur nisi
si re integra renunciauerit. ^c

Quemadmodum Iudex scribat ei, ad quem li-
tigatores remittit. Cap. XXIII.

Solent aut Iudices decreta Remissione articu-
los, et interrogationes super quibus testes in-
terrogandi sunt, simul claudere, suoq; sigillo ob-
signare, ac deinceps ei, apud quem litigato-
res remittunt, in hanc fermè sententiam scri-
bere.

^a l. petendæ in
fi. et quæ ibi
not. C. de tēp.
in integ. resti-
tu.

^b Frac. c. ab eo
uer. secundo
infertur de el-
lect. in vi.

^c Bar. d. l. pe-
tendæ C. de
in integ. res-
titu.

Ioānes Paulus Tolomeus Auditor Pontificis
Max. Vicario Episcopi Fas
uentini salutem.

Mando tibi ut testes et instrumenta, quæ Me
uius et Sempronius, super articulis et interro
gationibus, quæ ad te referet Simacus uiator
noster ea, qua debes diligentia, intra duorum
mensium spatium recipias et admittas, eaq; ad
nos clausa & obsignata remittas significans
quantum eis credere debeamus. ^a Quod dixi
mus suo sigillo obsignatam, intelligendum est,
tam in iudicibus ordinariam iurisdictionem
exercentibus, quam in ijs, qui delegatam ex
tra urbem exercent, Quoniam iudicibus in
urbe delegatis, constitutione quadam, quam
regulam Cancellariæ appellamus, id prohibi
tum fuit, ea enim Remissionibus huiusmodi fi
des abrogatur, nisi signo plumbeo Pontificis
obsignatæ sint: quod obseruatur cum, una dun
taxat partium petente, Remissio decreta fuit.

^a c. presentium
de test. in vi.
c. constitutus
in fi. & ibi
Abb. de test.
c. licet cam
de prob. spe.
tit. de teste. §
qualiter aut.

Cæterum cum partium consensu decernitur,
iudex, qui remittit, signo suo Remissionem obsi
gnat: Quod tamen si huic cõstitutioni ualde ad
uersari uideatur, nihilominus a Pontificijs au
ditoribus pro maiori litigatorum compendio
id usu receptum fuit. ^a sed et si altero tantum
petente decreta sit, facile a Pontifice impetra
ri solet rescriptum, ut Remissio signo Audito
ris obsignata expediatur: uerũ quid interest
signo ne Pontificis, an Iudicis expediatur? et
multum interesse constat, quoniam priore caz
su Remissione obsignata iurisdictione & Pote
stas Iudicis, qui decreuit illicõ conuiescit, neq;
is amplius aliquo casu semel amissam iurisdic
tionem recipit, etiam si Remissio exequuta
ei per iudicem remittatur. ^b Idem dicemus si
anteq; Articuli in Remissione includantur,
Remissioni renunciatum fuerit per litigato
res et in iurisdictione iudicis consensum, ^c quo
niam per interuentũ Pontificis in causa cessat
omnium minorũ iudicũ iurisdictione, et potestas
et priuatorum: cõsensu iurisdictione nõ tribuitur

^a Rot. decis.
378. de re
mis. in antiq.
Bellem. dec.
738. d. off.
d. leg. Vital.
cle. scæpe. §.
uerum quia
de uer. sign.

^b Rot. decis.
776 sciens
dum est. de
remis. in antiq.

^c Rot. decis.
372. de re
mis. in antiq.

^a c. ut nostrū
de appel. c.
si eo tempo =
re. de elec.
in VI.

^a Quamobrem in præmissis casibus nouo rescripto Principis opus est; At cum iudex suo obsignat signo, adhuc iudex remanet. Quæ omnia Paulus Tertius Pontifex noster sustulit: Antiquata constitutione de Remissionibus sub Plumbo expediendis, ut et alibi a nobis dictum est.

De tempore, quod litigatoribus statuitur
ad Remissionis expeditionem
Cap. XXIII.

^b arg. quoniã
de proba.

Spatium autem duorum mensium adieciimus non quia id semper a Iudice obseruandum sit sed exempli causa; quoniam & amplio rem diem, nonnunquam etiam breuiorem Iudex statuere solet; prout rei, de qua agitur qualitas postulare uidetur. ^b Quid erit si iudex nullum tempus executioni Remissionis statuerit? et hoc casu interpretari oportet dilationem datam esse, secundum constitutionem Diocletiani et Maximiniani, ut si iudex in eadem

eadem prouincia in qua ius dicit litigatores remiserit, tres menses, si in continentes prouincias, sex; si uero in transmarinas, nouem, dati intelligantur: ^a ne alioquin perpetuo durare dilationem dicamus, usu tamen Romæ obseruatur, ut semper dies statuatur; solentque frequentius in Italia tres menses statui, quorum duo ad testium productionem, tertius uero ad refutationem assignatur: In alijs uero prouincijs pro modo longinquitatis, maiores dantur dilationes: separantur autem ideo dilationes probatoriæ a refutatorijs, ne alioquin quis per calumniam ultimo die ad probandum præstituta testes producat, ut postea refutari non possint. ^b Quid erit si proponatur dilationem datam esse ad testium productionem, nulla de refutatione facta mentione, an eadẽ dilatione durante testes refutari poterunt, et si non refutentur, dabitur ne alia dilatio ad refutandum? et uerius est dandam esse; quoniam in prima dilatione non potuit testes refutare quia Iudex nullam super refutatio-

^a l. prim. C. de
dila. Bellem.
decis. 427 i
causa de dil.
lat.

^b Vitalin. cle.
sæpe s uerū
quia de uer.
fig.

^a spec. tit. de
test. §. quali-
ter autem in
fi. Collecta c.
licet causam
de probat.

ne habebat iurisdictionem, ^a quod infra la-
tius explicabitur.

De prorogatione diei in Remissione assi-
gnati. Cap. xxv.

^b Franc. c. 1.
§. si quis igitur
de excep.
in VI.

Quemadmodum autem iudex, ut prædiximus,
executioni Remissionis arbitrio suo diem sta-
tuere, ita et semel datam ex causa prorogare
potest; fac testes, qui se ad iudicem Remissio-
nis accessuros dixerunt, statuta die non uenis-
se, aut iudicem datum negligentem, aut mul-
titudine causarum distentum aut ualetudine
affectum fuisse, uel pendente dilatione eum
qui remittitur, uel eius procuratorem, aut
testes morbo fontico laborare cæpisse: utiq;
his casibus dies ab initio constituta ampliari
da erit, etiam si alioquin ampliatio denegari
da esset, ^b dummodo interim tempora fata-
lia non labantur, quo casu non prorogatione
sed restitutione in integrum impedito succurri

poterit: ^a prorogabitur autem data dilatio
nedum semel, sed etiam pluries; si eadem aut
aliæ iustæ suberunt causæ: ^b qua prorogatione
etiã is, qui impeditus non fuit, uti poterit, quo-
niam dilationes litigatoribus communes esse
dicuntur: ^c et eæ, quas supradiximus, causæ
ita demum iudici probandæ erunt, si litigato-
res ipsi de die inter se conuenerint; ex
quo enim ab initio in eo consensus est, dilatio
huiusmodi peremptoria est, & ideo a no-
uis probationibus litigatores repellit, perinde
ac si probationibus renunciaissent. Quamobrem
non nisi noua superueniente causâ pro-
rogari poterit. ^d At cum Iudex ipse diem ar-
bitrio suo statuit, tametsi ei noua causa non
probetur, prorogare solet: fit autem proro-
gatio, aut ad tantum tempus quantum prius
datum fuerat, aut ad breuius, prout impe-
dimenti qualitas exigere uidetur. ^e
usu tamen Romæ aliter obseruatum ani-
maduertit: quoniam siue litigatorum consensu,
siue iudicis arbitrio, dilatio data sit

c. super eo il
pri. de appel.

^b Math. de af-
flict. in cons-
stit. regni tit.
qui ca. audi.
test. commit-
titur.

^c d. l. petendæ
de tempo. in
integ. restit.
Abb. d. c. su-
per eo de ap-
pella.

^d Abb. c. super
eo nu. 16 d
appel. Bal. l.
prim. in fi. C.
quom. et quã
iud. Soci. cõs.
47. uol.
4. Affli. &
Iser. in cons-
sti. Regni de
quo supra.

^e Rom. cons.
496. i. fi.

altero tantum petente, etiam nullo probato, impedimento, semel atq; iterum prorogatur, sed et tertia quoq; et quarta ulterioruè prorogatio fieri solet, si pars uocata non contradixerit, at si contradixerit nec tertia quidem fiet, nisi rescripto super ea re a Pontifice impetrato et causa cognita, siue tamen prima, siue ulterior prorogatio fiat semper uocata parte erit facienda: ^a nec sufficeret iudicis asseueratio dicentis se consensu partium prorogasse, quoniam asseuerationi Iudicis non creditur, per quam eius sententia comprobatur. ^b

^a Bal. l. prim. in fine C. quomo. et quan. iud. soci. cons. 47.

^b soci. dicto cōs. 47.

An Iudex qui remittit Iubeat ei ad quem litigatores reicit.

Cap. XXVI.

Iubebunt autem ordinarij Iudices omnibus, qui eorum iurisdictioni parere tenentur ut litigatorum probationes secundum ea quæ prædiximus recipiant. Iudices uero delegati omnibus iubere poterunt, qui sunt sub dictione

et imperio eius qui causam delegauit. At cum ad eum litigatores reijciuntur, qui positus est extra iurisdictionem iudicentis, uel principis iubere non poterunt, sed precibus eos ad id faciendum rogabunt, ^a quæ distinctio et ad arbitros porrigenda est. Nam is qui ex lege municipij a partibus aditur, si ad eum litigatores reijciet qui eiusdem municipio subiectus sit, iubere poterit: quoniam is iurisdictionem ex lege municipij habet: si uero ad eum reiecerit qui municipio non subsit precarijs uerbis utetur, at is qui sola partium uoluntate aditur nunq; iubebit, quia iurisdictione caret. ^b

^a c. constitutus de si. instr. c. licet causam de prob. spec. tit. de teste. §. qualiter

^b l. priuatorū. C. de iuris. d. omn. iudi. Angel. Aut. de test. §. & quoniam.

Pendente dilatione litigatoribus data nil innovari. Cap. XXVIII.

Illud sciendum est quod quamuis pendente tempore litigatoribus assignato ad Remissionis prosecutionē non possit iudex qui remittit, inter eos, inter quos Remissio pēdet iudicare: ^c quoniam pendente dilatione Iudicis officium

^c Pau. de off. et potest. capituli. x. q. pri ptis uers. et aduerte.

^a c. significanz
te et ibi glo.
de appel. l. si
ue pars. C. d.
dilat.

conquiescit. ^a Attamen de iure tertij colliti-
gantis iudicare non prohibetur: quia quan-
tum ad ipsum attinet liberam retinuit iurisdic-
tionem. Et quod diximus pendente tempore
Remissionis non posse iudicem iudicare, in-
telligendum est, nisi is, qui remittitur, ualde ne-
gligens fuerit, puta ei, qui se remitti postula-
uit, decreta Remissione denunciatum fuisse, ut
ad Remissionis prosecutionem procederet,
uel ad id a Iudice, petente parte, terminum fu-
isse statutum, eumq; neglexisse, utiq; cum in
his casibus Remissioni eum renunciaffe intel-
ligi possit, poterit iudex in causa procedere.
Sed et si iudex Remissionem decreuerit, retē-
ta sibi potestate quandocunq; interim iudican-
di: quod tunc a Pontificijs auditoribus fieri
solet, cum aliqua calumnie suspitio eius, qui se
remitti postulat, apparet: poterit etiam pendē-
te die litigatoribus data causæ finē imponere.
Qua in re desiderari iudicis prudentia potest
ne ita in causa properet, ut inanibus sūptibus
consulto litigatorem inuoluisse uideri possit.

Ad quem locum litigatores reijciendi
sint. Cap. XXVIII.

Sciendum est præterea quod quamuis pro
Regula traditum sit, eo litigatores reijci debe-
re, ubi testes se habere affirmant; si tamen
iusta aliqua de causa alter ex litigatoribus eo
Remissionem fieri debere neget, puta quia
illuc tutus sibi non pateat accessus, uel quia
dicat peritorum ibidem copiam non adesse
audietur. ^a eoq; petente ad uiciniora muni-
cipia uel ad alium locum tutum fiet reiectio.
Quid erit, si quis in pluribus municipijs se ha-
bere testes dixerit? & in omnibus se remitti
petat? Respondi non esse audiendum omni-
no, sed si Iudici uidebitur in uno uel duobus
municipijs insignioribus remitti poterit: quam-
uis etiam tribus in locis quandoq; concessa fuit
Remissio. Sed in maioribus causis tantum, ne
per calumniam et frustrandi aduersarij caus-
sa in tot locis petita Remissio uideatur.

E iij

^a Arg. cle. pas-
toralis &
quæ ibi not.
dere iudi.

56 HERCVLIS SEVEROLI
Quis Remissionis impensam subire debeat.
Cap. XXIX.

Verum queritur ad quem sumptus Remissionis pertineat? Respondeo ad illum pertinere qui se remitti postulauit: quoniam is ex ea commodum principaliter sperat: ^a quod intelligere debemus de ea parte quæ ad illius commodum spectat. Quapropter si pars aduersa interrogationes obtulerit, quæ includi in Remissionis instrumento cum articulis debent, ^b æquum erit illam propterea tabellioni actuario satisfacere; quinimmo & tabellario pro parte satisfaciet, si is aliquid amplius pro interrogationibus portandis desiderabit, quàm alias pro solis articulis desiderasset: ^c solent tamen hic plerunq; procuratores ut expensas huiusmodi fugiant interrogationes non Romæ sed coram iudice Remissionis offerre; idq; in minoribus causis probo: At in maioribus ne deinceps coram iudice Remissionis super interrogationum admissione sit quæstio, quod

^a c. statutum. § pen. & ibi glo. et Gem. de rescrip. in vi.

^b c. presentium de test. in VI.

^c d. cap. presentium & ibi Anch. num. 15. Rot. dec. 48. nota ubi de remis. in antiq.

DE REMISSIONIBVS 57

sæpius euenire usu compertum habeo, mallet Romæ interrogationes offerri ubi minus hac de re agitur quam in prouincijs agatur. Sed quid nam arbitrabitur iudex deberi tabellario, si de eius salario inter partes non conuenit? Respondeo pro qualitate itineris salarium statuendum esse. Et si forte propter bellum aut pestem necesse fuerit circuitu maximo facto ad locum destinatum accedere, magis atq; magis secundum temporum qualitatem extimare debebit. ^a Quid erit si tabellarius agat ad salarium contra Meuium is autem dicat communem sibi cum Seio portasse Remissionem an hac confessione Meuius tabellario condemnari possit? Respondeo posse sed pro parte tantum quoniam confessio solum partem compræhendit. ^b

Decreta Remissione si feriæ superuenerint poterit locus et iudex dari
Cap. XXX.

^a Bellem. dec. 487. d. arb.

^b c. statuimus de confess. Bellem. dec. 436. si cur for eotit.

Illud præterea tractari solet, an iudex qui Remissionem decreuit, si deinceps feriæ uel mesium uel uindemiarum uel aliæ indictæ a Principe superuenerint, possit nihilominus litigatoribus et iudicem et locum Remissionis dare? Respondi, dubitandum non esse quin posset, quoniam hæc pertinent ad absolutio-

^a c. si. de. iudi. Bellem. dec. 658. Auditor palatij. d. ferijs.

De officio et potestate eius, ad quem litigatores reijciuntur, et qualiter litigatores coram eo in ius uocentur.

Cap. XXXI.

Quoniam supra a nobis tractatum est quid sit Remissio, Qui Remissionem, et quibus casibus concedant, ac deinceps ad quos iudices remittendi sint litigatores, & quæ iudicum, qui Remissionem decernunt, sint partes. Nunc Reliquum est, ut de officio et potestate eius, ad

quem litigatores reijciuntur, præcepta tradamus, non quidem omnia, sed ut quæq; nobis magis digna cognitione uidebuntur. Principio igitur iudex datus porrecto sibi per tabellarium instrumento Remissionis, tabellionem unum uel plures deputabit, per quos ea scribantur, quæ coram se in negotio Remissionis geri continget: Mox, & uiatores constituet, quorum opera litigatores in ius coram se uocentur: Ac deinceps petente eo qui negotium Remissionis expediri desiderat partem aduersam coram se uocari iubebit, ad dicendum contra instrumentum Remissionis, et explicandam causam si quam habet, quare ad eius prosecutionem procedi non debeat, ad certam statutam diem. Qua adueniente si pars nihil dixerit quod releuet, iudex ad cætera in causa peragenda se conuertet. Quid erit si uocatus dixerit procedendum in causa non esse nisi facta recognitione signorum, quæ de instrumento Remissionis apparerent p̄dere?

^a *c. quod sup his ubi Fely. post alios de fid. instru. c. post cessionē de prob. spe. tit. de remis. s. utile cense mus.* et quidem si signa parum nota fuerint, audi-
et eum iudex, nec ante procedet, q̄; fiat reco-
gnitio per testes: Si uero nota fuerint nihil
exceptio proderit ad impediendum Remissio-
nis prosecutionem. ^a Deinde testium iuramē-
ta recipiet parte coram se in iudicium uocata:
uocari autem in ius litigatores adeo necesse
est, ut aliter gesta non subsistant. ^b Quod ob-
tinet etiam si litigatores siue alter eorum ha-
bitet extra territoriū ius dicentis. Nec quisq̄;
dixerit licere unicuiq̄; impune ius dicenti ex-
tra territorium non parere, ^c quoniam hoc
casu non ideo uocat iudex ut ipsos ad uenien-
dum coram se compellat, sed ita demum si sua
intererit: Quamobrem si uocatus uenire ne-
glexerit poterit iudex eo absente in causa pro-
cedere. ^d Sed an eo casu quo quis abest a lo-
co ubi testes recipiendi sunt, sufficiat eum uo-
cari per edictum publicum quæritur? et si qui-
dem prius coram iudice qui Remissionem con-
cessit uocatus fuit et ei dictum, ut iret coram
iudice Remissionis; recte eum uocatū dicemus.

^a *c. quod sup his ubi Fely. post alios de fid. instru. c. post cessionē de prob. spe. tit. de remis. s. utile cense mus.*

^b *Auth si quis C. d. test. c. si quis & ibi Anch. eodem tit.*

^c *l. si. ff. de iurisd. omn. iur. di.*

^d *Bal. l. iudices C. de fide instr.*

^a Quinimmo et si nihil dictum fuisset ei, ut in-
teresse deberet defendi potest adhuc iudicium
ualere: ^b idq; ea ratione scilicet quia decre-
ta Remissione potuit cogitare ubi et quo tem-
pore, futurum esset hoc iudicium, et ibi ades-
se: quod mihi quoq; probatur: uerum cum illi
dictum est, ut debeat coram iudice Remissio-
nis adesse, poterit iudex eo absente etiā absq;
eo quod per edictum uocet, in eausa procedere;
^c usu tamen Romæ obseruatur, ut decre-
ta Remissione uocentur litigatores, aut eorum
procuratores ad constituendum uel substituen-
dum procuratores in loco, ubi Remissio facta
est, cum protestatione quod alias principales
ipsi citabuntur ad ualuas ecclesiæ maioris.
^d eoq; casu si principalis uel eius procurator
coram iudice Remissionis non ueniat, cita-
tur principalis edicto proposito, nec aliter
sustineri possent acta eius iudicis, quoniam
protestatio quæ præcessit dedit formam a qua
recedere non licuit.

^a *Bellem. dec. 368. quæ obtinuit de off. deleg.*

^b *Bellē. d. dec. 368.*

^c *Bellem. d. decis. et sali. in l. iudices i prin. de fi. instr.*

^d *Ang. et Pau. de castro in d. l. iudices d. fi. instr.*

Verum antequam ulterius progrediamur, uidentur erit, an is, ad quem litigatores reijciuntur, alteri iurisdictionem suam mandare possit, & si quidem a Principe reiectio facta fuerit, poterit is, ad quem causæ reiectio facta est, alteri iurisdictionem suam mandare. ^a alioquin non poterit: ex quo colligere licet posse eum cui receptio testium mandatur, iudicem dare, cum Remissio signo plumbeo Pontificis obsignata expeditur: quoniam tunc non a Pontificio auditore sed ab ipso Pontifice iurisdictionem habet: Cum uero signo Pontificij Auditoris obsignatur, contra est, quoniam non a Pontifice sed ab eius delegato iudex datus intelligitur. Et quod diximus iudicem datum ab alio quam a Principe iudicem dare non posse, procedit etiam si litigatores consenserint, ^b et quamuis non nulli in contrariam sententiam iuerint, ^c uerior

^a cle. prim. de off. deleg.

^b l. a iudice C. de iudi. Bal. post Inno. c. cū Bertoldus 4 col. de re. iudi. et per doct. in l. more ff. de iuris. omn. iud.

^c Bal. & Inn. c. cū cām de test. Ang. in l. iudices. de fi. instr.

tamen sententia est, non posse; quoniā priuatum consensu iurisdictione dari non potest, ^a idque communiter receptum est: ^b nec refert hoc casu, utrum iudex delegatam ab ordinario, an a delegato a Principe exerceat iurisdictionem, quoniam neque delegatus delegati a Principe neque delegatus ab ordinario, iudicem dare potest: ^c idque non ineleganter a Pontificijs auditoribus traditum est. ^d uno tamen casu contraria sententia defendi posset, quando scilicet litigatores ipsi pacto conuenissent, ne liceret eis contra testes coram iudice dato productos aliquid obijcere. uerum hoc casu non ideo sustinebuntur testes quia pacto priuatorum sit data iurisdictione, sed quia non liceat contra pactionem uenire, idque Innocentius sentire uidetur ^e quoniam in potestate litigatorum est ut testibus inutiliter receptis fides adhibeatur. ^f et hæc cum iudex simpliciter datus est. Cæterum si proponeretur eum, qui iudicem dedit, potestatem

^a l. priuatorū. C. de iurisd. omnium iud.

^b Iason in d. l. a iudice.

^c d. c. cū cām de test. c. cū Bertoldus de re iud.

^d Rot. decis. 258. si auditor de off. deleg. Inn. et Franc. c. cū cām uers. vi. quero de app.

^e Inno. d. c. cum cām de testi.

^f d. c. cū cām de testi. c. cū Bertold. de re. iud. Rot. dec. 147. de test. in antiq. Fely. d. c. cū causam

^a d. cle. prima de off. deleg. Iason post alios d. l. a iudice C. de iudi. fecisse iudicij a se dato iudicem dandi, defendi non absq; ratione poterit iudicis dationem ab eo factam ualere; idq; communis sententia obtinuit: ^a quod obseruatur, cum is qui iudicem ita dedit ordinariam exercet iurisdictionem quoniam iudex etiam a Principe datus delegato suo hoc permittere non potest. ^b Quamuis autem ut praediximus et testium receptio, et caeteri actus in quibus iurisdictione exercetur delegari non possint, sola tamen testium interrogatio postq; eorum iuramenta recepta sunt delegari poterit: quoniam hoc casu iurisdictione non mandatur sed nudum factum siue ministerium: Iudex autem datus a principe ita demum iudicem dare poterit, si ei iurisdictione data fuerit at cum nudum factum siue ministerium ei committitur contra est, quoniam eius industria electa uidetur. ^d Iurisdictionem autem datam intelligemus cum uniuersorum testium receptio mandata est: non ita erit si quorundam expresse nominatorum ualetudine aut alia causa impeditorum mandata fuerit. ^e Et haec omnia

^b doct. d. c. cu Bertoldus de reiudi. & d. cle. pri.

^c Rot. decis. 164. de off. deleg. in no. Doct. d. cle. pri. de off. deleg. lanfran. c. qm. contra uer. testiu de positiones circa princ. de proba.

^d c. si. de off. deleg.

^e Vital. cle. i de off. deleg. et l. ad psonas de iure iur.

omnia in pecuniarijs causis locum sibi uendicant; Caeterum in causis quae ex crimine constant, iudex datus absq; distinctione iudicem dare non poterit. ^a quinimmo nec etiam solam interrogationem testium delegare poterit. ^b et quod alibi dicitur, licere iure pontificio tam iudicibus ordinarijs q; a Principe delegatis in causis etiam meri imperij iudicem dare. ^c Procedit dummodo industria personae electa non uideatur; quae semper in receptione testium in causis criminalibus propter periculum electa uidetur: idque plurimi tradidere. ^d

Quibus diebus coram iudice Remissionis procedendum sit. Cap. XXXIII.

Videndum nunc est, quibus diebus coram iudice Remissionis testes sint producendi; et cum testes coram iudice produci non possint, nisi ijs, quorum interest, uocatis: ^e et diebus feriatis quemquam ad se euocare iudices non possint,

F

^a d. cle. prim. et ibi not. de off. deleg.

^b glo. in d. cle. prim.

^c glo. et doct. i c. quod sedes de off. ordi. las. l. i. col. 7. uers. 7. l. mita de iuris. om. iu.

^d glo. Car. & Ioan. mo. d. cle. prim

^e Auth. sed & si quis C. de testi.

^a l. festos. C. de ferijs.

^b glo. l. iudices de off. de leg. spec. tit. de ferijs uer. quod si tunc Alex. cons. § 3 uol. 5

^c c. cum dilecta de rescriptis. c. porro de priuilegio.

^a apparet testium productiones diebus feriatis factas irritas esse: interrogari tamen testes postquam iurauerint, etiam diebus festis poterunt, quoniam tunc exercitium non iurisdictionis exercetur. ^b An autem seruabit is, ad quem litigatores reijciuntur, dies festos secundum legem, uel consuetudinem eius, qui litigatores remisit, an potius eius municipij, in quo testes erunt producendi: et siquidem ab eo, qui litigatores remisit, forma tradita est, ut Romæ frequenter obseruatur, a forma non erit recedendum: ^c si uero nulla sit tradita forma, lex eius loci, in quo Remissionem exequitur, inspicienda et seruanda erit.

An is, ad quem litigatores reijciuntur, iurisdictionem & imperium habeat, tam in litigatores quam in testes.

Cap. XXXIII.

Est autem apud iudicem Remissionis iurisdictionis non modica, nam & litigatores in ius uocare, eorum exceptiones audire, interrogationes quoque testium de eorum manu recipere, sed et testes ad dicendum testimonium cogere, & pleraque alia facere potest; ^a quæ quoniam plerumque maximam habent utilitatem, separatim de ijs quædam dicere, non incongruum mihi uidetur, ut ad eorum, quæ tradiderimus, normam cætera facile perpensendi possint. Exceptiones autem litigatorum audire debet iudex, non etiam litigatores ad earum probationem admittere, quoniam hoc ei mandatum non est. Verum quid litigatoris intererit exceptiones audiri, si ab earum probatione excludatur? Et ualde interesse constat, quoniam si deinceps coram primo iudice exceptionem probauerit, perinde erit ac si coram iudice Remissionis probata fuisset. Exempli causa. Tu coram iudice Remissionis testes protulisti, dixi ego te in iudicio esse non posse, quoniam tibi sacris esset

^a glo. d. cle. iudices de off. deleg.

interdictum, testationeq; firmavi, me id probaturum: si iudex protestatione sprete, me etiam prouocante, testes receperit, licebit mi-

^a Arch. et Alex. c. testes. in prin. 1. q. 7. hi in integrum restitutione postulata hanc exceptionem coram primo iudice comprobare, uel etiam ad hoc probandum iterum

^b c. presentiu §. testes & te st. in vi. Fas stol. dub. 3 in prouinciam euocare, eaque exceptio = ne probata, apparebit testium productio = nem ob eo factam, cui sacris interdictum fu = erat, irritam esse, ^a hæc q; nisi iudici Re =

^c l. 1. in. si. de missionis mandatum esse proponeretur, ut test. probationes quoq; super exceptionibus a liti =

^d Spec. tit. de test. §. restat uer. hoc etiã nota & §. nunc etiam tractandum. gatoribus propositis reciperet, Poterunt etiam litigatores si uoluerint coram iudice Re = missionis declarare intentionem æditam, si forte obscura fuerit, uel declaratione egeat. ^b Pertinet quoq; ad iudicem Remissionis re =

uers. sit etiã cautus & glo. d. cle. iu dices. frenare testium multitudinem, ^c maxime si uiderit intentionem producentis esse probatam:

^d uerum quæritur, an possit is, ad quem litigatores reijciuntur, testes cogere ad dicendũ testimonium, mulctamq; in eos dicere: et si

quidem ei data fuerit potestas cogendi testes, et mulctam dicendi, absq; dubio poterit potestate sibi concessa uti. ^a Si uero potestas data non fuerit, siquidem ab alio quam a Principe iudex datus fuerit, ita demum mulctam dicere poterit, si aliter iurisdictionẽ suam defendere non possit: at cũ a Principe iudex datus fuerit absq; distinctione poterit. ^b Illud præterea non modicã habet dubitationẽ, An Iudex Remissionis possit in testes, qui corã se falsum dixerunt animaduertere, & placuit multis non posse, quoniam castigatio hæc imperij sit: et mandata iurisdictione imperium non transit, Contraria tamen sententia longe plures habet asertores, quoniam mandata iurisdictione omnia mandari uidentur, sine quibus negotium demandatum expediri non potest. ^c At nisi posset iudex in testes coram se falsum dicentes animaduertere, ueritas plerumq; testium fraude periret, idq; Decius probat. ^d Quod in in eo, qui delegatam a Principe iurisdictionẽ habet absq; distinctione procedit. ^e ab alio ues

^a d. l. 2. §. fin. ff. de iudi.

^b Zabari. cle. prim. de off. deleg. uers. 4. quæro. c. præterea & ibi Abb. de off. deleg.

^c d. c. ex literis de off. dele. Fely. te Dec. c. de cais. eo tit.

^d c. pri. c. præterea et ibi Abb. de off. deleg.

^e Decius d. c. pri. de off. de lega.

^a Anan. c. 1. col. 12. de cri. fal. Fely. d. c. de cau. fis. c. ex lite ris de off. de le.

^b l. diuus ff. de falsis Ias. l. 1. §. qui manda tam ff. de off. eius.

^c Auth. de test. §. si uero ignoti

^d l. nullum C. de test.

ro quam a Principe iudices dati, si alias iuris dictionem suam explicare non possint, falsum testem punire poterunt. ^a Posse autem iudicem Remissionis in testes falsum dicentes animaduertere, intelligendum est, non poena legis Corneliae, sed alia poena extraordinaria quoniam rescripto diui Pij cauetur, ut si qui apud iudices instrumenta falsa protulerint, si delictum iudicantis iurisdictionem excedat, ad maiores iudices remittantur. ^b Illud quoque constat testes ignotos posse per iudices ad ueritatem eruendam tormentis subijci. ^c nec potest testis postquam coram iudice ad dicendum testimonium processit, neque armatae militiae, neque alia fori praescriptione se tueri, quin a iudice, coram quo falsam assertionem protulit, puniatur. ^d Per iudicem autem Remissionis posse cogi testes ad testimonium dicendum, non eo pertinet, ut saepius quemque ad dicendum testimonium in eadem causa constringere possit, quoniam postquam semel is, cui mandata est iurisdictione, suo est fun-

ctus officio, non potest iterum eandem rem pertractare, nisi noua superuenerit iurisdictione. ^a Quod intelligendum est, nisi prius testes obscure dixissent, uel necessariae interrogationes omissae fuissent, quoniam his casibus licebit iudici eosdem testes ad eruendam ueritatem iterum interrogare. ^b

An confessio facta coram Iudice Remissionis probet ut in legitimo iudicio facta.

Cap. XXXV.

An autem iudex Remissionis possit litigatores ipsos interrogare, & an coram eo a litigatore facta confessio probet quaeri solet, et si quidem hoc quoque mandatum fuit, res posita est extra controuersiam: tunc igitur dubitandum est, cum non expresse mandatum est, ueluti cum iussus est iudex, ut testes & instrumenta recipiat, quae utraque pars protulerit; an ijs uerbis mandatum uideatur

F iiij

^a Ant. de Butr. c. licet in fi. de off. deleg. Afflictis tit. quibus caus. aud. testi. in constit. regn.

^b c. per tuas, c. cum clamor de testi. Gofr. tit. de proba. in summa.

ut confessiones litigatorum recipiat? et Gemi-
^a Gemi. et Frã, nianus & Francus id negant. ^a nisi dictum
 d. c. presenti ù §. testes de fuerit ut monumenta quoq; reciperet, quo uer-
 test. in VI. bo etiam partis confessiones contineri non du-
^b glo. c. coram bitatur. ^b ego etiam priore casu posse iudicem
 de rest. in in- confessiones recipere non dubito, quoniam in-
 teg. strumentorum appellatio ad omnia refertur,
^c l. pri. ff. de fi. quibus causa instrui potest. ^c nec enim aliter
 instr. l. notio causa melius potest instrui quàm per partis
 nem §. instru confessionem: idq; etiam a pontificijs auditori
 mentorũ de bus sæpius obseruatum est: ^d quod et alij tra-
 uerb. sig. didere, ^e et nedum iudex Remissionis confes-
^d Rot. decis. sionem recipere poterit, sed etiam litigatori
 § 85 de pro præcipere, ut interrogatis respondeat, adie-
 ba. in antiq. cta pœna, ut nisi respondeat, se eum pro cons-
 Bisignet. dec. 3 de testi. fesso habiturum, eaq; confessio per inde has
^e Frã. d. c. pre bebatur ac si iusto iudicio facta fuisset. ^f
 sentium. §. te
 stes. Cui mandatum est, ut testes in causa prin-
^f Rot. d. decis. cipali recipiat, an testes super refutatione
 § 85 de pro possit recipere. Cap. XXXVI.

Queritur etiam; an is, cui testium receptio in
 causa principali demandata est, possit testes
 super refutatione recipere, finge Meuum in
 tentionem suam probasse, per testes falsos, uel
 infames, uel quibus sacris interdictum esset,
 poterit ne Seius coram eodem iudice Remis-
 sionis, testes ipsos alijs legitimis testibus refu-
 tare? et Vitalinus posse respondit. ^a quoni-
 am inquit qui potest probare, potest et proba-
 tum refellere; contraria sententia uerior est,
 & plures habet assertores. ^b nisi iudici re-
 futationem quoq; demandatam fuisse propo-
 neretur. Quomodo ergo hoc casu litigatori
 succurratur? & protestatione eum se tueri
 posse, dubium non est, quam quidem protesta-
 tionem iudex Remissionis admittere potest,
 non autem testes super protestatione ipsa re-
 cipere ^c nec quicq; refert quod Vitalinus ait
 posse eum refutare, qui et probare potest, quo-
 niam hic non agitur de potestate litigatoris,
 quæ utiq; adest, sed de iudicantis iurisdictio-
 ne, quæ data non est: Quapropter si propone-

^a cle. sæpe. §.
 uerum. num.
 15 de uerb.
 sig.

^b Inno. c. licet
 cãm in prin.
 de prob. spe.
 tit. de test. §.
 qualiter. uer.
 sed quare
 Anch. c. pre
 sentiũ de tes-
 ti. i. vi. Gem.
 cons. 42 in
 prin. Ias. l.
 cui iurisdictio
 de iurisd. om.
 iud.

^c Inno. dicto c.
 licet cãm in
 princ.

^a Collecta .c. licet de proba.

^b Paul. d. cast. Rub. de dila. Frac. e. presen- tuu de testi. in vi. in fi. Bal. l. testamentu C. de testi.

^c c. licet. cam in prin. d. proba. c. de causis de off. de lega.

^d Rom. cons. 443. i col. Calde. cons. prim. d. testi. Rot. Bisignet. decis. pr. de test. et decis. 589. et 587 de proba. in antiq.

retur testium receptionem generaliter mandata esse, uel super tota causa non ambigere, quin iudex ijs casibus testes super refutatione recipere possit, quod collectaneus probasse uidetur. ^a

Testes iurati intra certam diem iudici praefinitam, an elapsa die interrogari possint: et quod pendente partiu compromisso tempus non currat. Cap. XXXVII.

Quoniam plerunq; ei, ad quem litigatores resistuntur, dies certa statuitur, intra quam testes recipiat, ideo a multis quaesitum est an satis sit intra diem praefinitam testes iurasse, ut etiam elapsa die interrogari possint, et Baldus et Castrensis, et Francus negant. ^b quoniam elapsa die statuta, cessat iudicis iurisdictione. ^c Contraria tamen sententia humanior est et a pluribus defenditur. ^d quae usq; adeo uera est; ut si iudici mandatum proponeretur ut intra duorum mensium spatium testes reci-

peret et interrogaret id est (ut forensi uerbo utar) examinaret, adhuc traditum sit post duos menses testes prius iuratos interrogari posse, ut spatium temporis definiti ad receptionem testium, non ad interrogationem referatur, ^a quae sententia aequa est, ne probationum materia angustior reddatur, ^b ne ue iudicis negligentia, ad cuius officium spectat testes iuratos recipere, ^c ius partis laedatur. Haec obtinet, dummodo nimia litigatoris negligentia notari non possit. ^d Aliud erit cum terminus praefinitur ad probandum et probatum habendum, quoniam post diem praefinitam non licebit quicq; proferre, ut Castrensi placuit, ^e nisi litigatores ab initio conuenerint, ut tempus prorogaretur, ^f uel compromissum fecerint: quoniam traditum est pendente compromisso tempora non currere. ^g

Quid factururus sit iudex Remissionis factis probationibus, et quid, si nihil gestum sit. Cap. XXXVIII.

^a Bellem. dec. 387. d. test. in no.

^b Rot. d. decis. 587. in antiq.

^c Paul. d. cast. l. si qua lo. C. de testi. Co. l. c. per tuas in fi. de prob.

^d Rot. dec. 73 d. test. in no.

^e Pau. de cast. l. si qm. in fi. C. de testi.

^f c. de causis de off. deleg.

^g Rot. decis. 360 d. arbit. et dila. in no. Rom. cos 443 i prin.

^a *Auth. de testi. §. et quoniam scimus glo. et Bald. c. si quis testium de testi.* Erunt postremo iudicis partes, qui pro Remissione aditur, coram se gesta clausa, subsignata, et in publicam formam redacta, ad eum mittere, qui litigatores reiecit, nec refert utrum intentio litigatorum ex ijs gestis probata sit, an non, quoniam utroq; casu pariter gesta clausa, et obsignata remitti debent, ne ex testium publicatione præripiatur facultas iterum probandi. ^a Verum quæritur an iudex Remissionis iudici, qui Remissionem concessit, rescribere de testium fide teneatur: et traditum est non teneri, nisi id quoq; illi mandatum sit. ^b Significare autem debet uniuscuiusq; testis famam et authoritatem, an uacillauerit, aut trepidauerit et denique quo uultu, quauè constantia, unum quodq; protulerit. ^c Hæcque curare debet iudici nota esse, ne dum cum ab eo petitum est, sed etiam si nihil petitum sit. Hoc autem interest petitum esse, an non petitum, quoniam cum a iudice petitum est, ut de fide testium scribat, eius asseuerationi creditur; ^d cum uero petitum non est, ei non creditur.

^b *Sali. Auth. apud eloquentiss. C. de test.*

^c *Inno. et post eum cæteri in c. qm̄. contra de pro. Abb. c. constitutus de fideiussor. Pau. de off. et potestate. capituli sed. uac. x. q. pri. mæ ptis uer. et aduerte q. auditores sp̄. tit. de test. §. nūc tractā dū uer. cōsiderare autem*

^d *sp̄. c. tit. de re mis. §. utile censem. i. si.*

nisi id quod dicit ex legitimis constet documentis. Quamobrem recte tunc litigatoribus consultum erit, si iudex dum testes recipit ea omnia per tabellionem scribi et inseri gestis faciat. ^a Item quæritur si litigatores neq; testes protulerint, neq; aliud gesserint, an et hoc casu iudex Remissionis, elapsa die ad probandum statuta, instrumentum Remissionis iudici causæ Remittere teneatur, cum testatione quod nihil gestum sit, et cum duplex mandatum dari soleat, Alterum ut remittat, si unum non potest exequi, alterum exequi debet, uocatis ad hoc litigatoribus, ^b nam et cum factis probationibus, causæ fit Remissio, uocari litigatores debent, ad uidendum gesta claudi & subsignari, ac ad eum, qui remisit destinari. Hactenus de Remissionibus litigatorum dixisse sufficiat.

FINIS.

Apud Michaellem Tramezinum.

M. D. XLVIII.

^a *Inno. & alij d. c. quoniam cōtra de pro.*

^b *Inno. et Ab. c. super eo. col. si. de app. pellat.*

PAVLVS PAPA III.

MOTV proprio, &c. cum sicut dilectus filius noster Michael Tramezinus Bibliopola Venetus nobis exponi fecit ad communem omnium, & præcipue Iuris studiosorum utilitatem sua propria impensa diuersa opera in utroq; iure hætenus non impressa imprimi facere intendat dubitetq; ne huiusmodi opera postmodum ab alijs absq; eius licentia imprimantur, quod in maximum suum præiudicium tenderet. Nos propterea eius indemnitati consulere uolentes. Motu simili et ex certa scientia eidem Michaeli, ne quæuis opera in utroq; iure hætenus non impressa et per ipsū imprimēda per decē annos post impressionē dictorū operū a quocunq; sine ipsius licentia imprimi aut uendi, seu uenalia teneri possint cōcedimus et indulgemus. Inhibentes omnibus et singulis utriusq; sexus Christianis fidelibus, ubiq; tam in Italia q; extra Italiā existen. præsertim Bibliopolis et librorū impressoribus sub excommunicationis latæ sententiæ. In terris uero Sæctæ Ro. Ecclesiæ mediate uel immediate subiectis etiā Ducentorū Ducatorū auri et insuper amissionis Librorū pœna toties quoties contrauētū fuerit ipso factō, et absq; alia declaratione incurrēda, ne intra decenniū ab impressione dictorū operū respectiue cōputandū dicta opera tam iuris ciuilibus q; canonici hætenus

nō impressa et per ipsum Michaelē imprimēda sine eiusdē Michaelis expressa licētia dicto decēnio durante imprimere, uendere seu uenalia habere uel proponere audeāt. Mādantes uniuersis Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis Episc. eorūq; uicarijs in spūalibus generalibus, & in Statu tēporali Sæctæ Ro. Ecclesiæ et legatis et uicelegatis sedis Apostolicæ ac ipsius status gubernatoribus, ut quotiens pro ipsius Michaelis parte fuerint requisiti uel eorū aliquis fuerit requisitus eidē Michaeli efficacis defensionis præsidio assistētes præmissa ad omnem dicti Michaelis requisitionē contra inobedientes et rebelles per cēsuras Ecclesiasticas, et sæpius aggrauan. & per alia iuris remedia auctoritate Apostolica exequātur. Inuocato et ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis nō obstan. cōstitutionibus et ordinationibus Apostolicis cæterisq; cōtrarijs quibuscunq;, et insuper quia difficile admodū esset presentem motū propriū ad quælibet loca deferri, uolumus et Apostolica auctoritate decernimus ipsius transumptis uel exēplis, etiā in ipsis operibus impressis plenā et eādē prorsus fidem ubiq; tā in iudicio q; extra haberi quæ præseti originali haberetur, et q; præseti motus proprijs sola signatura sufficiat et ubiq; fidē faciat in iudicio et extra, Reg. nostra in cōtrariū cedita non obstan.

PLACET A.

UNIVERSITARIA